


~~Qb. 59.~~



IO. BERNARDI KOEHLERI IC.
INTERPRETATIONVM
ET
EMENDATIONVM
IVRIS ROMANI
LIBER PRIMVS.

EDITIO ALTERA, CORRECTA ET AVCTA.



Hedys

LIPSIAE
APVD IO. G. EMMAN. BREITKOFF ET SOC.
MDCCXCII.

KEN PR FR
UNIVERS.
ZV HALLE

VIRO ILLVSTRISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO,
IOANNI CHRISTOPHORO
DE WOELLNER,
REGIS BORVSSORVM AMICO ET REGNI STATVS
ADMINISTRÖ DIGNISSIMO,
LITERARVM OMNIVM BONARVM
DOCTORVMQVE HOMINVM
FAVTORI AC MAECENATI SVMMO,
DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO,

H O S
IVRIS ROMANI
INTERPRETATIONVM
ET
EMENDATIONVM
LIBROS DVOS
IN SVMMAE
VENERATIONIS ANIMIQUE
IPSI DEVOTISSIMI MONVMENTVM
DICAT SACRATQVE
IOANNES BERNARDVS KOEHLER.



LECTORI
DOCTO ET AEQVO

S. D.

IOAN. BERN. KOEHLER.

Interpretationum mearum Emendationumque
Iuris Ciuilis, quas ante viginti, et quod excur-
rit, annos publico iudicio primum Goettingae
exposui, nouam Tibi editionem nunc exhibeo,
Amice Lector. Deprehendes autem multa hic
passim addita, passim et detracta iis, quae ante
scripseram, si qua forte rectius dudum ab aliis
exposita animaduertissem. Nimirum in pleris-
que, quae conamur et arbitramur homines, ob
breue confinium veri atque falsi saepe omnes
labimur: neque adeo nobis sumus Suffeni, vt,
sicubi deerrasse sententia visus fuerit animus,
vineta nosmet caedere nostra dubitemus. Ce-
terum

terum animaduertes et in hoc, et in altero, qui
etiam nunc primum prodit, Interpretationum
libro de plurimis legum Romanarum, aliorum-
que Scriptorum veterum locis libere me dixisse
fententiam, ut cum emendationibus, tum et
interpretationibus nouis explicarem, in eaque
a doctioribus me Viris non raro dissidere.
Quod nec Tu, opinor, improbabis, neque illi,
quibuscum mihi illa intercedit contentio. Va-
le, mi Lector; et, si inerunt errores, ut certe
his quoque inerunt, ea, qua versantes in literis
nostris decet, humanitate ac libertate corrige.
Scripsi Lubecae, Idib. Aprilis MDCCXCII.

INDEX

I N D E X
C A P I T V M.

I. Emendatur L. 15. D. de Stat. hom. Menagii cor- rectio L. 13. D. eod. probatur. Lucanus item emendatur, et explicatur. - - - -	Pag. I
II. Ad L. 57. D. de Iudiciis. - - - -	8
III. Non variaſſe Scaeulam in L. 28. §. 4. et L. 31. §. 2. D. de Liberat. legata. - - - -	II
IV. Leſlio vulgaris L. 1. pr. D. de Paſt. defenſa contra Bynhershockii ſententiam. Correcca leuiter L. 195. §. 2 D. de V. S. et complures aliae expoſi- tae. Varia item ſcriptorum loca partim emandan- tur, partim explicantur. - - - -	16
V. Receptarum Leſſionum Δόξας. Vetus leſlio Ciceroni libro primo de Officiis aſſerta. Aliaque tum emendata, tum illuſtrata. - - - -	27
VI. Glosſae Nomicae ſaepius corriguntur et expli- cantur. Emendantur Pſellus, Theophilus, He- ſychius. - - - -	62
VII. Reliquae ad Glosſarium Nomicum caſtigationes. Item Nonius correſtus, et animaduertatio ad Suidam. - -	72
VIII. Transpoſtio verborum in L. 22. C. de Fide- iuſſ. tentata. - - - -	80
IX.	

VIII

INDEX CAPITVM.

- IX. L. 3. C. de summa Trinit. L. 26. C. de SS. Eccl. L. 29. L. 41. C. de Episc. et Cler. ope scripti codicis saepius emendantur. - - - - - Pag. 83
- X. Reponendam esse in §. fin. I. de Nupt. veterem scripturam in locum Cuiacianae. - - - - - 92
- XI. Nullas umquam fuisse militiae ex casu. Tentatur aliquid emendationis in Nou. LIII. Cap. 5. et eadem de casu militiae exponitur. - - - - - 97
- XII. Variae leges restitutae, partim coniectura, partim auxilio cuforum veterum et Βασιλικῶν. - 101

10.



IO. BERN. KOEHLERI
INTERPRETATIONVM
ET
EMENDATIONVM
IVRIS ROMANI
LIBER PRIMVS.

C A P V T I.

*Emendatur L. 15. D. de Stat. hom. Menagii
correccio L. 13. D. eod. probatur. Lucanus
item emendatur, et explicatur.*

Ordiamur a *L. 15. D. de Stat. hom.* in qua mirum
sane est neminem adhuc Interpretum, quod qui-
dem sciamus, haesisse, cum locus sit manifeste vitio-
sus. Verba sunt haec Tryphonini: *Arescusa si tres*
pepererit, libera esse testamento iussa, primo partu
vnum, secundo tres peperit. Quaeſitum est, an et
quis eorum (melius, puto, commate cum vetustioribus
quibusdam cisis interposito Dion. Gothofredus, an, et
quis eorum: suppletamque ἔλλειψην, an aliquis, et quis
eorum, reperiſſe scribit in libro quodam manu exarato

Koehl. Interpr. L. I.

A

Henr.

2 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Henr. Ernstius *Annotation. ad Lib. I. Digest. Th. Meerm. Tom. VI. p. 848.* falsum enim est, quod in codice etiam Haloandring ita legi ait) liber effet. *Haec conditio libertati adposita iam implenda mulieri est.* Sed non dubitari debet, quin ultimus liber nascatur. Nec enim natura permisit final uno impetu duos infantes de utero matris exceedere: ut ordine incerto nascentium non appareat, uter in servitute, libertateue nascatur. Incipiente igitur partu existens conditio efficit, ut ex libera edatur, quod postea nascitur. Veluti si quaelibet alia conditio libertati mulieris adposita, parturiente ea, existat: vel manumissa sub hac conditione, si decem millia heredi Titione derit, eo momento, quo parit, per aliud impleuerit conditionem: iam libera peperisse credenda est. Sic legitur, *Haec conditio libertati adposita iam implenda mulieri est*, Florentiae et apud Haloandrum et in Vulgatis ante Taurellum codicibus: nihil enim variationis diligentissimus noster annotauit Brenemannus, et tacent hic, quotquot euolui, Interpretes: nullus tamen dubito, quin, inserta etiam copula, quae praefigi solet responsis ICtorum, et hic delitescit in praecedenti effET, sic scriperit Tryphoninus: *Et haec conditio libertati adposita iam impleta mulieri est* *). Quip-

*) Quod coniectura olim, cum primum Goettingae ederem Verisimilium Iuris Specimen, fueram asscetus, id postea, nactus Baudozae editionem, in ea iam extare vidi. Sic autem habet: *Quae situm est an, et quis eorum liber effet? Et haec conditio libertati apposita, iam impleta mulieri est.* Sed dubitari non debet, quin ultimus liber

Quippe per partum tertium impleta erat conditio, cum primo partu Arescusa vnum, secundo tres pepererat. Natam vero labem verisimile est ex eo, quod scripsicerat aliquis sollenni librariis, et in Florentinis maxime Pandectis vitio, *impleda*, vice *impta*. Exortus postea est corrector, qui veram restituuisse suo codici scripturam putauit superne adiecta litera *n*, ut esset *implenda*. Id ipsum enim vitium Florentiae commissum deprehendit accuratissimus Brencmannus etiam in *L. 15. D. de In ius voc.* vbi secunda manus, quod prima scripsicerat *dissimulato*, cum supra scripta *n*, recte correxerat in *dissimulato*: quo modo non dubito, quin nati sint plurimi veteribus in libris errores. Eodem enim errore (vt id obiter moneam) est etiamnum apud Lucanum *Lib. I. v. 147. seq.*

*Acer et indomitus, quo spes, quoque ira vocasset,
Ferre manum, et numquam temerando parcere ferro.*

A 2

Pro

liber nascatur. Et Accursii ibi haec est glossa: *Impleta*; scilicet cum pepererit tres ante quartum. Alias *implenda*, id est digna *impleri*. Quo fit, ut scripsisse Tryphoninum, *impta*, non *implenda*, nunc extra omnem contentiōnē esse arbitr̄, addito etiam isto articulo, quem, vt diximus, poni, cum respondent ad propositam quaestiōnē ICti, sollenne est. Sistunt autem Florentinam lectionē etiam Haloandrina, et Hungonis a Porta; quas videre mihi contigit, editiones, et item quae apud Carolam Guillard, viduam Claudii Chevalloniū, et Guilhelmum Desboys, cum praefatione Ludec. Miraei Rosetani, Parisiis 1552. deceq; minoris formae codicibus prodiit editio.

4. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Pro temerato, quod, et Omnibono lectum, in editio-
ne Mediolanensi 1491. ipse tamen improbans Ouden-
dorpianus, et in Cantabrigiensi libro extare monet Bur-
mannus. Temerato iam in bello ciuili numquam par-
cebat ferro Caesar. Similiter voce vſus Statius *L. I.*
Achilleidos v. 301. seqq.

*Hanc ubi ducentem longe socia agmina vidit
Trux puer, et nullo temeratus pectora amore;
Dirigit, totisque nouum babit offibus ignem.*

Sic enim potius, quam temeratus pectora motu, cum
membranis P. Burmanni, ipso licet dissentiente ad *Vellei. Paterc. L. II. Cap. 41.* legendum. Item in *Velleio L. II. Cap. 29.* in offendis exorabilis, in reconciliata gratia fidelissimus, verissime Lipsius legit pro *reconcilianda:* quod et probat, alio inibi adscripto ex
Liui permutationis huius exemplo, docttor olim meus, Celeb. Ruhnkenius. Itemque apud Statium nunc qui-
dem ita scriptum habent libri impressi *L. XI. Thebaid.*
v. 9. seqq.

*Ille iacet lacerae complexus fragmina turris,
Toruus adhuc visu, memorandaque faeta relinquens
Gentibus, atque ipsi non illaudata Tonanti.*

Sed bene iam Nic. Heinßius ad *Ouid. II. Faſfor. v. 182.*
ipſi non illaudanda Tonanti, vidiſt rescribendum ex
MSS. et ita ſe quoque offendiffe ſcriptum in Petrenſis
Collegii membranis Cantabrigiae, notat in *Miſcellan.*
Obſeruat. Vol. I. Tom. III. p. 360. Io. Iortinius. At
contra apud Ouidium mihi quidem non probatur, quod
ex uno Heinßi dedit Burmannus *Libro I. Metamorph.*
v. 190. seq.

Cuncta

*Cuncta prius tentata: sed immedicabile vulnus
Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.*

Vt et iam pridem scribi iusserrat Barthius ad Statii VII.
Theb. v. 208. Rectius enim est haud dubie vulgo, ac
meliore sensu, *Cuncta prius tentanda.* Ad Tryphoninum
vt redeamus, fauet etiam coniecturae Basilicorum
Scholiaestes, cuius verba, quoniam optime expla-
nant legis sententiam, opera est integra huc descri-
bere ex Tom. VI. *Βασιλικῶν* p. 148. C. Φησὶν ὁ Τρι-
φωνίος, τὴν μὲν ἀργεσιν τὴν ἐπιτεθέσαν τῇ ἐλευθερίᾳ,
διὰ τὸ δευτέρῃ τοκετῷ πεπληρώθαι· μὴ χρῆνατ δὲ
ἀμφιβάλλειν, ὅτι ὁ τελευταῖος, τετέσιν ὁ τέταρτος
πάσις, ἐλεύθερος τίττεται· ὡς αὐτὸς ἐλευθέρος (sic pro
ἀπελευθέρος scribendum) δηλονότι γαστρὸς λοιπὸν προ-
ελθάν· ή γὰρ Φύσις ἐκ ἐπιτρέπει, Φησὶν, ἀμα καὶ
διὰ μιᾶς ὁρμῆς, ὅτι διὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὠδίου,
δύο τίττεδαι πάσις ἐκ τῆς μητρώας γαστρὸς, ἵνα ἐν
αδήλῳ τάξει τῶν τιττομένων, τετέσιν ἵνα μη ὄντος δι-
λλα τις τρίτος, ή τις δ'. ἐτέχθη, ἀδηλον ἔη, τις ἐξ αὐ-
τῶν ἐν δελείᾳ, ή ἐν ἐλευθερίᾳ ἐτέχθη. Quin et Ac-
cursii iam aetate extitisse libros, in quibus esset, *impla-*
ta, patet ex hac eius annotatione: *Implenā, id est*
digna impleri. Alias *implēta*, scil. cum pepererit
tres ante quartum. Ceterum quod ait Tryphoninus,
Incipiente igitur partu, intelligendum est de tertio
partu; si modo codices nostri non sint mendosi, et
scripserit ipse addita voce, Incipiente igitur tertio
partu: tertium etenim partum edente muliere, exsilit
conditio, et mulier sit libera. Et sic Scholiaestes Grae-
cus: Τὸ τρίτη τοινυ ἀρχομένῳ τοκετῷ η ἀργεσις ἐξερ-
χομένη ποιεῖ τὴν Ἀρέσκεσαν ἐλευθέραν, καὶ ὡς ἐλευθε-

6 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

εον λοιπὸν τίτερος τὸ μετὰ ταῦτα τιμέμενον. Vbi perperam vertere omisit Fabrotus τὰ τρίτα, et male reddidit τὸ μετὰ ταῦτα τιμέμενον, qui postea nascitur, referens scilicet etiam hic Haloandrinam Pandectarum editionem, quam fere vbiique nimis secure sequitur. Sed praeferendum est omnino Florentini codicis, quod postea nascitur; hoc est quodcumque, siue mas sit, siue femina.

Audiamus nunc alteram ex eodem D. titulo legem, vt et hac opera tollatur leue scripturae in omnibus editis vitium. *Seruus*, inquit Hermogenianus *L. 13. D. h. t. in causa capitali fortunae iuditio a domino commissus*, et si fuerit absolutus, non sit liber. Non displacebat quidem illud, *fortunae iudicio*, principi I^{CTO}, Iac. Cuiacio *Lib. XVI. Obseruat. Cap. 9. et Lib. XXVI. Cap. 27.* atque idem nuper non mutandum censemant Celeberrimi ac praeclarae doctrinæ Viri, Io. Cannegieterus ad Collat. Leg. *Mos. et Rom. p. 206. et I. L. E. Püttmannus Prolus. de Arbitrio iudicis e foro eliminando*, in *Sylloge Varior. Opusc. p. 204.* Mihi vero, fateor, veri profrus simillima videtur Aegid. Menagii *Amoenitat. Iur. Ciu. Cap. 6.* et qui iam ante eum ita restituerat, Petr. Burgii in *Elefis Cap. 15. Tom. I. Thes. Iur. Otton. suspicio*, legendum esse, *fortunae iudicium*; quam suam fecisse miror, nec Burgio nominato, nec Menagio, Io. Iensium *Strictrur. ad Rom. Iur. Pandest. p. 4.* imo, si quid iudico, omnino sic est scribendum: neque enim sorti, vt Cannegieterus explicat, sed dubiae iudicij fortunae seruum in causa capitali non defendens committit dominus. *Fortuna iudi-*

iudiciorum autem, et fata causarum, locutiones sunt optimis Scriptoribus, et nostris quoque, solennes. Sic Quintilianus *Instit. Or. Lib. X. Cap. 2. Excitat*, qui dicit, *spiritu ipso, nec imagine et ambitu rerum, sed rebus incendit. Vivunt enim omnia, et mouentur, excipimusque noua illa, velut nascientia, cum fauore ac solicitudine; nec fortuna modo iudicii, sed etiam ipsorum, qui orant, periculo afficiuntur.* Et Quintilianus alter *Declam. CCCLXXI. p. 764. Burm.* *At enim dubia est iudicii fortuna, sed nobis non timenda.* Item Symmachus *Lib. X. Epist. 52.* *Facit plerumque ratio, aut fortuna causarum, ut in controv ersis alter aequitate, alter iure nitatur: tunis, humano labente consilio, deliberatio cognitoris ad Clementiae veritatis recurrat oraculum.* Plura exempla si quis cognoscere cupit, petere poterit ex Brissonio de *Verbor. Signif.* in verbo vtroque. At plane firmat Menagii emendationem, quam Io. Guili. Hoffmanno etiam Praefat. ad *Menagii Amoenit. p. 20.* improbatam vidi, Scholiares *Bacchilicōn Tom. VI. p. 147. D.* qui diserte habet, τῇ τύχῃ τῷ δικαιοτέρῳ πρὸς ἐγένετον πατέρα τῷ δεσπότῃ δοθεῖσι. In ipsis autem Basilikis *p. 141. D.* (quod et obiter annotabimus) mendosa huius legis est scriptura: Ἐλευθερέμενος ὁ δῆλος οὐφαλινός ἐγκλήματος, τῷ δεσπότῃ μένει, καὶ διεκδικηθῇ πατέρᾳ τῷ. Scribendum enim procul dubio addita negatione, quod nec in versione latuit Fabrotum, καὶ μὴ διεκδικηθῇ πατέρᾳ. Ceterum admonuit adhuc hic me locus Lutani *Lib. I. v. 227. seqq.*

*Hic, ait, hic pacem, temerataque iura relinquas;
Te, fortuna, sequor; procul hinc iam foedera sunto.*

8 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Credidimus fatis; vtendum est iudice bello.

Quae verba frustra solicitant Nic. Heinlius et Petr. Burmannus, alter, *Credimus en fatis*, alter, *Cedimus en fatis*, legendo: hoc utroque enim nihil est a mente Poëtae, meo quidem iudicio, alienius. Credidimus, inquit apud Lucanum Caesar, permisimus hucusque nos fatis: nunc vtendum est iudice bello.

C A P V T II.

Ad L. 57. D. de Iudiciis.

Recte dixit Ulpianus in *L. 57. D. de Iudic.* tam ex contractibus, quam ex delictis dari actionem in filium familias: mortuo autem eo post litis contestationem, iudicium transferri in patrem, sed duntaxat de peculio, et quod in rem patris versum est. *Certe si*, addit ICtus, *quasi procurator alicuius, filius familias iudicium acceperit: mortuo eo, in eum, quem defendet, transactio, vel iudicati datur.* Qui locus, ut equidem opinor, mendi est manifestus: quid enim, amabo, est illud, *transactio, vel iudicati datur?* Et depravatum esse, vel ipsa lectionis varietas, quae vitio sere comitari solet, indicio esse poterit. Vulgares enim libri Noricique, et scripti Brencmanni omnes habent, *in eum, quem defendet, iudicii translatio datur.* Petrus autem Faber Semestr. Lib. I. Cap. 12. pro Florentino, *transactio*, rescribi volebat, *transfertur actio;* ut natum esset vitium ex compendio illo scriptu-

scripturae, quod sit per affectionem puncti. Et Petrum sequebatur ea in re Ant. Faber in *Rational. ad h. l.* ita tamen, ut mallet ipse, *transit actio, vel indicati datur.* Atque hoc ipsum, quod et reponi debe-
re censebat Grotius *Flor. Spars. ad Ius Iustin.* p. 100.
sibi quoque, inspecto nondum Fabro, placuisse scribit
magnus Bynkershoekius *Obseru. Iur. Rom. Lib. II.*
Cap. 23. moto in primis, ut ait, auctoritate Graeco-
rum, de quorum interpretatione statim et nos dicemus.
Minori autem adhuc nuper motu Io. Cannegieterus V.
C. Obseruation. Cap. 13. reponi volebat, *transACTIO,*
(i. e. *transacti actio*) *vel indicati datur.* Quod idem
tamen iam ante venerat in mentem ingeniosissimo Io.
Guil. Hoffmanno *Meletem. ad Pandect. Diff. VI.* §. 2.
Et huic emendationi acutissimi item ingenii Ictus, Ill.
Püttmannus *Interpret. et Obseru. Cap. 14.* sic olim
plaudebat: *Maxime autem probamus geminationem in L. 57. D. de Iudic. ab Hoffmanno tentatam, qua loco transactio, legit, transacti actio: propterea quod non necessaria solum, sed ita etiam comparata est, ut non Apollo, si Criticus fuisse, meliorem proferre potuisset.* Iam vero ipse in *Meletem. Iur. Ciuitatis Cap. 6.* §.
vlt. *Vario. Sylloges* p. 176. seruata lectione Floren-
tina, *transactio datur, verba interpretatur, actio ex transactione datur.* Ego vero primum non video, cur
displiquerit adeo Viris doctis Vulgatorum codicum
scriptura, ut a Tusca membrana multis tamen in locis
mendoza hoc loco discedere noluerint. Neque sat gra-
vem causam video, cur verba haec Vlpiani non perin-
de ac superiora de iudicio incepto tantum possint intel-
ligi, non autem de finito, et *iudicium acceperit sumi*

10 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

pro occperit, quemadmodum posse intelligi fatetur ipse Bynkershoekius. Sic enim quod in *L. 30. D. eod.* dicitur, *Vbi acceptum est semel iudicium, ibi et suum accipere debet*, id recte verterunt Graeci: *Tom. I. p. 301. A.* Ἐνθα δὲ προσεχεῖτως ἐντίγει, ἐνεὶ καὶ τὸ πέρας: nec audiendus Leunclavius *II. Notator. Cap. 128.* ex iisdem reponens, *coepitum*, quod et antiquiores quidam Vulgati praeferunt, vel *acceptum*. Posset tamen, si quis vtramque speciem putet memorari debuisse ab Ulpiano, nec inconcinnę Vulgatae lectioni ex Florentino contextu adiungi, *iudicium translatio, vel iudicatio datur*. Atque hoc ego praetulerim, et maxime quidem ob Basilica, quae nostrae huic coniecturae, non vero Bynkershoekianae, ut equidem exquisito, fauent, dum mentem Icti his expresserunt verbis *Tom. I. p. 306. C.* Εἰ δὲ προσεχεῖτως ἐντίγει, μεταβάνει δικη καὶ ἀπόφεσις πρὸς τὸν διευδικηθέντα. Id est, Si vero procuratorio nomine *iudicium accepit, transferitur iudicium et iudicatum in eum, quem defendet.*

CAPVT



C A P V T III.

Non variaisse Scaeuelam in L. 28. §. 4. et L. 31. §. 2. D. de Liberat. leg.

Duo manifeste contraria, ut nunc leguntur, sunt
Q. Ceruidii Scaevelae, magni nominis ICti, in L. 28. §. 4. et in L. 31. §. 2. D. de Liberat. leg. super eadem specie ac quaestione responsa; quae, quoniam incivile est, nisi tota lege perspecta, iudicare, integra statim adscribam. Prioris loci e Digestis Scaeuelae sumti sunt haec verba: Macuia testamento suo alterum ex heredibus suis cautione tutelae voluit liberari his verbis: RATIONEM TVTELAE, QVAM EGIT IVLIA-NVS PAVLVS CVM ANTISTITIO CICERONE, POSCI AB EO NOLO: EOQVE NOMINE CAVSA OMNI LIBERATVM ESSE VOLO. Quaero, an, si qua pecunia ex tutela apud eum remansit, peti ab eo posse. Respondit, nihil proponi, cur pecunia, quae pupillae esset, et apud tutorem postea manueret, legata videretur. Posteriore autem loco idem in Responsis Scaeuela sic ait: Titia, quae duos tutores habuerat, ita cavit: RATIONEM TVTELAE MEAE, QVAM EGIT PVBLIUS MAEVIVS CVM LVCIO TITIO, REPOSCI AB EO NOLO. Quaeritur, an, si qua pecunia, apud eum ex tutela remansit, peti ab eo posse. Respondit, nihil proponi, cur non pecunia, quae pupillae esset, et apud tutorem remanueret, legata videretur. Hunc in modum legitur Florentiae. Vulgares autem et Norica editio in initio §. 4. L. 28. tutoribus exhibent, vice heredibus, quod haud scio an melius:

12. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

melius: tametsi defendi potest ab immutatione Tusci libri scriptura. In postremis autem legum verbis (nam reliquam varietatem, cum vincat Florentina, indicate nihil opus est) consentiunt omnes: nisi quod Haloander in L. 28. vbi ipse mallem, *quae pupillae EST*, hoc est, *esset*, cum Vulgatis, *quae videre contigit*, exemplaribus, mendose habet, *quae pupillae fuisset*, et in L. 31. *puellae*, loco *pupillae*. At quis credit, in iure aperto ita variasse prudentissimum ICtum, quem Coryphaeis legum Prudentum accenset in L. 13. D. de *Excusat*. Modestinus, et iisdem pene verbis eadem de specie aliter in Digestorum, aliter in Responsorum libris respondisse: in Digestis vero iuris rationem esse fecutum, in respondendo amico gratificatum Sacerdotem iustitiae integerrimum, de quo iniquum Ger. Noodtii judicium *Probabil. Iur. Lib. II. Cap. 2. et de Paci. Cap. 22.* merito etiam insigni viro, Io. Ort. Westenbergio D. Marc. *Dissert. III. p. 52.* displicuisse video, cui de sententia L. 14. D. de *Transaff.* nos quoque subscribimus: aut, si hoc aliquando ei accidisset, in commentarium vel librum relatum fuisse ambitiosum responsum, quod notissimis iuris principiis esset contrarium: aut denique Tribonianum, nullo addito monitore, tam prope a se inuicem collocatum fuisse duas eiusdem ICti decisiones contrarias ac mutuo se destruentes? Evidem non ignoro, Io. Conr. Rückeri de sententia *Interpret. Iur. Lib. II. Cap. 8.* non eamdem utrobique, sed omnino diuersas esse species, idque magna vi probare inibi conari Virum doctissimum. Verum non opus est, vt in ea refellenda pluribus opinione moremur, cum id praestiterit eo,

quem

quem mox excitabimus, loco ill. Püttmannus: vbi docet, si vel diuersae ita essent, vti censet Rückerus, species, tamen omnino contra ius apertum respondisse in L. 31. Scaevolam. At enim uero ex ipsa legum, quas supra scripsimus, lectione facile patere cuius arbitror, easdem tractari in vtraque lege species. Probabilior autem Rückeriana certe et ingeniosa est Io. Guil. Pauwii (is enim auctor, vti Celeb. Saxius refert *Onomast. Literar. Tom. I. p. 514.* Libri singularis *Observationum Iur. Ciu. Rom.* Hagae Comitum 1743. octonis editi) Cap. 4. huius libelli suspicio, in L. 31. verba haec, *cur non pecunia legata videretur*, non esse referenda, vt in L. 28. ad tutorem, sed ad tertium quandam, cui pecuniam suam legauerat testatrix, et sic Scaeuelae mentem in L. 31. hanc esse: Etsi tutori reliqua sit liberatio ab actione tutelae, nihil tamen obstat, quo minus ei, cui a testatrix fuit pecunia legata, etiam ea debeatur, quae ex tutela apud tutorem remansit. Sed, vt verum dicam, etiam haec explicatio mihi quaesita longius, et acutior, quam pro re, videtur: nam vehementer sane culpandus foret Tribonianus, si hunc in modum breuitati studens, non integrum facti speciem ad nos transmisisset. Quare vt tam turpe dedecus ab vtroque, et Scaeuela et Triboniano, amoliamur, de emendatione, opinor, cogitandum est. Et audacius corruptam lectionem corrigunt Cuiacius *Observat. Lib. XXVI. Cap. 30.* eumque sequi Bachouius *ad Treutler. Vol. II. Disp. XIII. Th. 4. Lit. I. et K. et Io. van de Water Obs. Iur. Rom. Lib. I. Cap. 1.* circumscripta negatione in L. 31. legentes, *cur pecunia legata videretur.* Quamquam iam

14. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

iam Accursii aetate extitisse videntur libri, in quibus deesset negatio. *Si habes non*, inquit in glossula apposita, *abundat; alias deest non, et est plana*. Verum cum hodie ubique legatur negans particula, aliam tollendae eius rationem excogitauit Siegm. Reich. Iauchius de *Negat.* P. Cap. 17. §. 15. p. 309. Is, distinctione mutata et adscripta coniunctione copulativa, sic legit, *nihil proponi, cur non? et pecunia, quae pupillae esset, et apud tutorem remaneret, legata videatur*. Non absurde, ut mihi quidem videtur: sed strutura tamen verborum in hac lectione est impeditior, et parum insuper credibile, ita temere copula omissa peccasse librarios. Miror autem, Rückero ingeniosiorum ac longe probabiliorem Iauchiana vilam conjectaram illam, quam suppeditat Franc. Rygerbos *Obseru. Iur. Rom. Faseit.* Cap. 3. Putat ibi Vir doctissimus, Scaeuelam illi, *cur non*, in fine subiicere voluisse, *peti ab eo posset*; post propositi oblitum, eius loco scripsisse, *legata videatur*. Nuper autem denique Scaeuelae nostri responsa exercitos habuere praeclarissimos ICTos, Io. Cannegieterum et Ios. Lud. Ern. Püttmannum. Quorum ille *ad Collat. Leg. Mos. et R. Tit. VII. §. 3.* p. 220, remedio, vti solet, e notis laboranti in L. 31. Scaeuelae petitio, legit, *nihil proponi, QoMo* (i. e. quomodo) *pecunia, quae pup. etc.* Ill. Püttmannus autem *Meletem. Iur. Ciu. Spec. I. Cap. 4.* in *Sylloge Varior.* p. 159. emendatione Iauchiana non nihil immutata, resungi voluit, *nihil proponi, cur non? pecunia QVaE*, (hoc est *pecuniaque, quae*) *pupillae esset, et apud tutorem remaneret, legata videatur*. Equidem, si quid mutandum hoc modo, crederem

derem parua mutatione, nec male posse refungi, *nihil proponi, cur non: cum non pecunia, quae pupillae esset, et apud tutorem remaneret, legata videretur.* Verum ut dicam, quod sentio, vereor, ne grauius inflatum sit vulnus ab exscriptoribus Scaeuelae. Simpliciter, credo, scriperat, *Respondit,* (aut potius, *Respondi,* quod fere vbiique Tribonianus mutauit) *nihil proponi, cur non.* Corruptelam enim potuit parere vel hoc, quod, cum deesse quaedam viderentur scriptori librario ad integrum sententiam, ex iisdem pene verbis, quae paulo ante in *L. 28.* descriperat, postrema ista Scaeuelae, quae desicere putabat hoc loco, in fine legi adiicere non dubitauit, seruata tamen negatione, quae nunc sensum plane inuertit: aut quae margini fuerant olim a studio aliquo ad explanandam ICti sententiam ex *L. 28.* adscripta, veram lectionem supplantarunt. Hoc itaque mihi sedet de vexatissimo Scaeuelae responso, et has pridem enatas mihi cogitationes, re postea curatius expensa, improbare nondum potui: verique eo similiorem puto coniecturam, quod eadem formula, *Cur non?* vti Scaeuelam videbam etiam in *L. 19. D. de Alim. leg.* his verbis: *Quae situm est, an isti quoque cibaria, et reliqua, quae ceteris libertis legata sunt, debeantur.* *Respondit, cur non?* Nec minus ad fidem ei conciliandam hoc facit, quod fere maxima pars quaestionum, strictim proposta in libris sex Responsorum Scaeuelae, vberius narrantur atque explicitur in libris Digestorum: id quod plurimis Pandectarum corpore excerptis exemplis docuit Io. van de Water *Lib. I. Obseru. Cap. i.* et haec ipsae etiam leges, quas modo exposuimus, docent.

CAPVT

C A P V T IV.

Lectione vulgaris L. 1. pr. D. de Pact. defensa contra Bynkershoekii sententiam. Corredita leuiter L. 195. §. 2. D. de V. S. et complures aliae expostiae. Varia item Scriptorum loca partim emendantur, partim explicantur.

Expositurus Edictum Praetoris de pactis et transactionibus Vlpianus, more suo initium facit ab eius commendatione. *Huius editi, inquit, aequitas naturalis est. Quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, seruare? Sic legitur, inter eos, in Vulgatis exemplaribus, et Florentino Noricoque, et in vitroque etiam, quod olim Bynkershoekii erat, MSto. Neque dubium mihi est, quin additis duabus istis vocibus, inter eos, Diocletianus etiam et Maximianus AA. L. 20. C. de Transact. sic scriperint: Siquidem nihil ita fidei congruit humanae, quam ea, quae inter eos placuerant, custodiri. Nam et Graeci ita, ac si duas has voces repererint suis in libris, Βασιλικῶν Tom. I. p. 789. A. Ἡ διάταξις ἐν ἀρχῇ πανορίζει, ἵσσονται μὲν τὴν διάλυσιν τῇ ἀποφάσει· ἐπειδὴν θέλειν, Φυσὶν, ἔτω συνάθετη πᾶσαι τῶν αὐθέωπων, ὡς τὸ φυλάττειν τὰ συναρτήσαντα αὐτοῖς. Quo mirum magis videatur, controversiam mouisse apud Vlpianum doctos Interpretes, ipsumque Bynkershoekium lectio- ni vnicē verae. Ger. Noodtius quidem Observation. Lib. I. Cap. 4. extr. huncque secutus, quod nuper de- dum post haec priore editione dudum typis exscripta vidi-*

vidimus, Iac. Voorda *Interpretat. et Emend. Iur. Rom. Lib. III. Cap. 9.* retinendam putabat receptam lectionem; sed eterque non satis formam loquendi explicant. Contra Noodtium vero disputans Bynkershoekius *Obseru. Iur. Rom. Lib. VIII. Cap. 9.* magna vi legendum contendit *inter Reos*, ut habeamus, *inter reos*, hoc est inter eos, qui paciscuntur. Et eadem suspicio eodem sermone tempore inciderat Io. Guil. Hoffmanno *Meletem. in P. Dissert. III. §. 4.* Neque ego negauero, paciscentes dici potuisse reos, cum proprius reus sit, cuius res agitur; sed Vlpiani loco nihil remedii adhibendum dico, cum sanus sit. Ita nimis loquitur hic Domitius, ac si modo non *fidei humanae*, sed *hominum* scripsisset. Atque hoc quidem schema (*σύνεσιν*, siue *σύλληψην* Grammatici vocant) perfamiliare linguae utriusque Scriptoribus fuisse reperio: quod qui non animaduerterant Viri etiam nonnumquam doctissimi, turpiter lapsi sunt, dum in emendandis, vel potius deprauandis locis sanissimis laborarunt. Sic iam Homerus *Odyss. I. v. 40.*

Ιλιόθεν μὲ φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πελάσσων.

Ισμάρεω ἐνθα δέξατο πόλιν ἔπειθον, ὥλεσσα δ' αὐτές.

Hoc est, τὰς πολίτας. Et *Il. A. v. 525.*

Τρῶες ὀρίνονται ἐπιμίξ, ἵπποι τε καὶ αὐτοι.

Equi et ipsi equites. Item *Il. E. v. 47.*

Ποὺν πυρὶ νῆσες ἐνιπεῖσαν, κτεῖνοι δὲ καὶ αὐτές.

Quem locum habuit certe ante oculos, eodemque sensu *ipso* posuit, nautas intelligens, Virgilius *Aeneid. I. v. 39 seqq.*

Kochl. *Interpr. L. I.*

B

— Pal.

18 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

— Pallasne exurere classem
Argiuim, atque ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam et furias Aiacis Olli?

Sic vero et Aeschylus *Perf.* v. 13.

Πᾶσα γὰρ ἵσχυς ἀσιτογενῆς
Οἰχωκε· νέον δ' ἄνδρα βαύζει,

Ad quem locum bene Scholiaates, ἦτοι νεότητα πᾶσαν τῶν Περσῶν ἀνακαλεῖται ἡ Ασία, inquit: nec audiendus ibi V. Ill. Chr. Gotfr. Schützius, qui inter οἰχωκε� et νέον versiculos aliquot periisse suspicatur. Item Euripides *Inetid.* v. 250.

Ἡμαρτεν· ἐν νέοις δ' αὐθεώπων τόδε
Ἐνεστι.

Vbi ad τόδε intelligendum αἱμάρτημα, ex verbo antecedente ἥμαρτεν. Et in *Iphig. Aul.* v. 446. seqq.

Ἡ μυστένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον;
Καὶ γὰρ δικρύσσῃ ἔαδιως αὐτοῖς ἔχει,
Ἄνολβά τ' ἐπεῖν· τῷ δὲ γενναῖῳ Φυσι
Ἄπαντα ταῦτα.

Quo loco non subscribimus ingeniosissimi Marklandi conjecturae, ὡς ἔχει legendum esse pro ὡς ἔχει, neque ante ἄπαντα ταῦτα cum eodem Viro doctissimo deesse arbitramur adhuc unum Iambum; cum ibi potius ex praegresso ἔαδιως ἔχει intelligendum sit, & ἔαδιως ἔχει, ἐκ ἔξετων. Quod miror equidem hic suisse Marklandum, qui ipse ad *Suppl. Eurip.* v. 347.

Λόγοις πέστων· εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δογές,
ex voce πέστων ad finem versus subaudiendum monuerat

fat oppositum, scilicet ἀναγνάσσων. *Ignobilitas vero,*
inquit nostro in loco Agamemnon, fortè suam lu-
gens, postquam filiam cum matre aduectam intellexit,
o quantum habet utilitatis! Etenim licet illis, τοῦς
δύστρεπτους, obscuro loco natis, et lacrimas fundere,
et tristia dicere: generosum autem virum ista omnia
minime decent. Idem adhuc Euripides *Phoeniss.* v. 12.

Καλέστι δὲ Ιοκάσην με· τέτο γὰρ πατήσ
Ἐθετο.

Intellige τὸν υμένα. Similia ibi adscripsit, qui drama il-
lud egregia nobis cura perpolitum dedit, eruditissimus
Valckenarius. Sophocles *Eleætr.* v. 967. seqq.

Πάρεσσι δὲ ἀλγέν, ἐσ τοσόνδε τῷ χρόνῳ
Ἄλεκίλεας γηράσκωσαν ἀνυμένειά τε.
Καὶ τῶνδε μὲν τοι μηκέτ' ἐλπίσης ὅπως
Τευχῆ πότι.

Τῶνδε intellige, τῶν λέκτρων καὶ τῶν ψυχεῖών, quae
latent in vocibus ἀλεκίλεας ἀνυμένειά τε. Aristophanes
Pluti v. 502.

Πολλοί μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὄντες πλετέστι πονηροί,
Ἄδικοις αὐτὰς ξυλεξάμενοι.

Αὐτὰς intelligendum relinquit χείματα, quod latet in
πλετέστι: aut si probes elegantem τῷ πάνυ Hemster-
husii coniecturam, αὐτὸν, facilissime fulcrum ex eodem
illo verbo supponens πλετέστιν. In eodem *Pluto* v. 565.

Πάνυ γάρ κλέπτειν κόσμιον ἔτιν, καὶ τέστος τούχος διο-
ρύτειν;

inquit Chremylus, et responderet Blepsidemus,

20 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Nη τὸν Δι', ἐγε λαθεῖν δεῖ αὐτὸν, πᾶς ἡ κόσμιον
ἔστι;

per αὐτὸν significans τὸν κλέπτην, quod assumendum
a praecedenti verbo κλέπτειν. Atque hoc modo eum
versum, cuius metri ratio est in aliis libris vitiata, recte
expressum deprehendimus in editione Nicod. Frischlini
Francofurtana 1586. quamvis possit etiam, ut nuper
edidit Ill. Brunkius, et de opinione iam correxerat
Hemsterhusius,

Nη τὸν Δια γ', ἐγε λαθεῖν αὐτὸν δεῖ, πᾶς ἡ κόσμιον
ἔστι;

cum vulgo sit,

Nη τὸν Δι' ἐγε δεῖ λαθεῖν αὐτὸν, πᾶς ἡ κόσμιον
ἔστι;

Callimachus *H. in Dian. v. 128.*

Ἡ βληταὶ θνήσικοι λεχαίδες, ἡ εὐφυγέσαι
Τίκλεσσι· τῶν δ' ἐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέση.

Tῶν intelligendum τέκνων, ex verbo τίκλεσσι: ut
recte dudum exposuit locum H. Stephanus, quem mi-
rror non sequi Interpretes. Apud Xenophontem *Me-
morab. Socr. Lib. I. Cap. 4.* in nobili illa Socratis de
prudentia cum Aristodemo disputatione hic, Οὔτοι
ἐγώ, ὁ Σώκρατες, inquit, ὑπέροχῶ τὸ δαιμόνιον, αἱ
ἐκεῖνον (nempe τὸν Θεὸν, ut omnino legendum censeo
cum vetustissi usus, non ἐκεῖνο) μεγαλοπρεπέζερον
ἥγεμαι, ἡ ὡς τῆς ἐμῆς θεραπείας προσδεῖθαι. Et
post paulo Socrates: Ἡν μὲν τοι, ὁσπερ ἀνθεώπες
θεραπεύων γινώσκει τὰς ἀντιθεραπεύειν ἐθέλοντας, καὶ
χαριζόμενος τὰς ἀντιχαριζόμεντας, καὶ συμβολευόμε-
νος

νος καταμαθάνεις τὰς Φρεσίμες, ἐτώ καὶ τῶν θεῶν πεῖραν λαμβάνεις θεραπεύων, εἴ τι σοι θελήσει περὶ τῶν αἰδήλων αἰθρώποις συμβελεύειν, γνώση τὸ θέον, ὅτι τοστὸν καὶ τοιετὸν ἔστι, ὡρὴν αἱμα πάντα σφάν, καὶ πάντα αἰκένειν, καὶ πανταχθὲ παρεῖναι, καὶ αἷμα πάντων ἐπιμελεῖσθαι αὐτάς. Ita enim omnino legendum, et temere αὐτὰς deleuit vnius manu exarati fide in nouissima editione Ernestus, ad quam vocem rectius antea repetendum monuerat Θεός ex τῷ θέον. Pari modo Lucianus *Nigrin.* Tom. I. p. 47. vbi et Hemsterhusius hanc rationem notauit: 'Η μὲν παραγμία Φρεσί, Γλαῦκα εἰς Ἀθῆνας, ὡς γέλοιον ὄν, ἐπὶ τις ἐκεῖ κομίζει γλαῦκας, ὅτι πολλοὶ παρ' αὐτοῖς εἰσιν. Quasi praecessisset Ἀθηναῖς. E Latinis agmen exemplorum possem producere, si hoc opus esset: sed ne longior sim doctrioribusque molestus, dabo duo tantum Sallustii, et duo idem Plinii Iunioris loca. Sallustius *Catilina* Cap. 5. *Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos (quasi modo ciuium scripsisset) pessima ac diuersa inter se mala, luxuria atque auaritia, vexabant.* Item Cap. 18. *Sed antea item coniurauere pauci, in quibus Catilina. De qua, scil. coniuratione, quam breuissime potero, dicam.* Plinius Lib. I. Epist. 10. *Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas, scribo plurimas, sed illiteratissimas literas. Soleo nonnumquam (nam id ipsum quando contingit?) de his occupationibus apud Euphratem queri. Ille me consolatur; affirmat etiam, esse hanc philosophiae, et quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promovere et exercere infirmitatem, quaeque ipsi doceant, philosophi nimirum, in*

22 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

vſu habere. Et Panegyr. Cap. ii. Nam hos proximos diuinitate parentum desides ac superbos potius, quam illos ceteros et antiquos aemularis, qui hoc ipsum imperium peperere, quod modo hostes inuaserant, contemserantque? Cuius (hostis puta) pulsi fugatique non aliud magis habebatur indicium, quam quod triumpharet, nempe Domitianus. Ita vexatissimus ille locus, mea sententia, scribendus. Ac pariter Arnoldus Lubecensis, quem olim cum Helmoldo aliisque, qui eum continuarunt, integriores edere ex MSS. cogitabam, (nam et hunc optimis adiicere Scriptoribus, quid vetat?) Chron. Lib. III. Cap. 18. Nunc ergo sine praetenditio melioris consilii, si placet, scribatur Domino Papae ex persona Episcoporum, in quibus (nempe literis) commoneatur, ut ea, quae ad pacem sunt, vobiscum sentiat. Ibi Bangertus censebat legendum, scribantur literae; cum reperisset in MSS. Lubecensi et Boekeliano, scribantur, et in Ranzouiano etiam, scribantur literae. Sed edita sine dubio est ab Arnoldo, a qua neque discedit Grammianus Codex, quem ipsi olim Brunstigae cum Bangerti editione comparauiimus; nec Hafniensis, cuius collationem debo humilitati V. C. Ol. Henr. Mollerii. Modo autem, ad exequendas omnes iusticias vestras, ex fide Lubecensis nostri, pro ad sequendas, omnino legendum. Ceterum plura huius elegantiae exempla desideranti dabunt Muretus Lib. I. Epist. 33. Io. Fr. Gronouius ad Livii Lib. VIII. Cap. 12. Lib. XXXVIII. Cap. 29. Drakenborchius ad Sili Lib. X. v. 137. Dauisius ad Cic. de Divin. Lib. II. Cap. 61. et de Fin. Lib. V. Cap. 6. Cortius Ext. VIII. ad Sallust. Catil. p. 404. et ad Jug.

Iug. Cap. 14. p. 470. Cap. 92. p. 831. A. van Staveren,
et quos laudat *ad Nepotis Timoth. Cap. 2.* Celeb. Ruhn-
kenius denique *ad Vellei. Lib. I. Cap. 4.* Et in Nouo
etiam Foedere, et item in Vetere, ut *Pf. LXV. 10.*
ad quem locum vide quae diximus in *Repertor. Orient.*
Tom. X. p. 115. mihi non semel ea formanda oratio-
nis ratio occurrit: neque id fugerat eruditissimum
Glassium *Philol. S. Lib. IV. Traſt. II. Obs. 5. seqq.*
quo loco docet, quomodo vox, quae deficit, ex alia
voce vel coniugata, vel contraria, vel analoga et cor-
relata sit eruenda. Atque hoc pacto, (ut et ipsi speci-
men aliquod eius rei praebeamus) quod *Io. VIII. 44.*
dicitur de diabolo, ὅτι Ψεύτης ἐστὶ καὶ ὁ πατήρ αὐτῶν,
et vertitur, quia mendax est, ut pater eius, qui men-
dacia committit, meo iudicio verti sic debuit, mendax
etenim est, et pater mendacii; ὁ πατήρ τε Ψεύδεις,
quod continetur in verbo Ψεύτης. Simile est illud Lu-
cae *Aſt. VIII. 5.* Φίλιππος πατελθῶν εἴς πόλιν τῆς
Σαμαρέας, ἐκήρυξεν αὐτῷ τὸν Χριστόν. Et v. 14.
Ἀκέσταντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι, ὅτι δέδειλαν
ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τε θεῖον, ἀπέσελαν πρὸς αὐτὸς
τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην. Singulare autem hoc est,
quod legitur *Aſt. X. 10.* παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων:
vbi non reperias, cum quo cohaereat ἐκείνων, nisi ex
praecedente δᾶμα, quod tamen hic non domum, sed
teſtum notat, intelligas eos, qui in domo sunt. Sed
hic valde blanditur magni Hemsterhusii correſtio,
quam inemini in Scholis Ruhnkenii V. C. audire, παρε-
σκευαζόντων δὲ ἐκείνων; hoc est, cum autem cibus pa-
raretur Petro. In παρασκευαζόντων enim subaudiri
potest τινῶν. Verum ut e diuerticulo redeamus in

24 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

viam, neque Ictis ista loquendi ratio dispicuit. Ita Celsus L. 30. D. de Oper. libert. Et fere ea mens est personam arbitrio substituentium: ut, quia sperent eum recte arbitraturum, id faciant: non quia vol immodice obligari velint. Vbi referendum omnino, eum arbitraturum, ad personam, patroni scilicet, quem aequo arbitraturum sperabat libertus: secus atque existimabat eruditissimus olim Marpurgensis Academiae Ictus, Io. Lud. Conradus Tom. II. Opusc. e Iure Ciu. p. 76. a quo reiectam quidem iure Wateri in Observat. Iur. Rom. Lib. III. Cap. 12. correctionem, sed locum ipsum parum fuisse intellectum, palam est. Et hoc scheme Gaius quoque L. 236. §. 1. D. de V. S. Glan-dis appellatione omnis fructus continetur, ut Iauole-nus ait, exemplo Graeci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκέρδης appellantur. Et idem Gaius L. 9. D. de Religios. Liberum est ei, qui prohibetur mortuum, ossa mortui inferre, aut statim interdicto vti, quo prohibitetur ei vis fieri, aut alio inferre, et postea in factum agere: per quam (scil. actionem) consequitur abtor, quanti eius interfuerit, prohibatum non esse. Et Papinianus, si Florentinum sequimus codicem, L. 56. §. 3. D. Mandat. Salarium incertae pollicitationis neque extra ordinem recte petitur; neque iudicio mandati, ut salarium tibi, iudex scil. procuratori, constituat. Paulus quoque ita scribit L. 1. pr. D. de Furt. Furtum dictum a Graeco ser-mone, qui Φόρεις appellant fures. Vbi, quod negle-xit annotare Brenemannus, Vulgo cufis est, quo fures appellantur fures: et ita legendum in Brachyl. Iur. Ciu. L. III. Tit. 19. §. 2. Item L. 23. D. de Legat.

III.

*III. Ex imperfecto testamento legata vel fideicomissa Imperatorem vindicare, inuerecundum est. Debet enim tantae maiestati, eas seruare leges, quibus ipse, Imperator scil. solutus esse videtur. Denique et idem ICtus L. 32. §. 1. D. de Furt. Quid ergo, si forte pecuniam sub condicione credit: (sed credidit, i.e. credidit, cum Haloandro scribendum, vbi Vulgati, crediderit) et interim testimonia, quorum probationem habeat, qui possunt mori pendente conditione? Aut puta me petisse creditum: et quia testes, et signatores, qui rem commeminiſſent, (sic malo cum Russardo in margine suae editionis, quam, vt Florentiae est, communiſſent, aut, vt Vulgo Noricisque in libris, qui rem meminiſſent; tum ob sequens, memoria, tum et quod sic Graecus Scholiaſtes Tom. VII. p. 334. extr. οἱ καὶ μεμνημένοι τὰ συναλλάγματα) praefentes non haberem, videlicet rem amisiſſe: nunc vero, cum furti agam, eorum memoria, et praefentia ad fidem creditae pecuniae vti possum. Frustra enim illic loci contra omnium exemplarium fidem Haloander supposuit, quae possunt mori. Ac similiter apud eundem Paulum L. 1. pr. D. de Tutel. et §. 1. I. eod. Seruius loquitur: Tutela est vis at potestas in capite libero, ad tuendum eum, scil. pupillum, qui propter aetatem suam sponte se defendere nequit, iure civili data ac permitta. Quam celebratissimam tutelae definitionem vti explicatam dedit summus quondam ac literatissimus ICtus, Ge. Chr. Gebauerus *Programmate* anno 1738. indicendis solennibus inauguralibus Io. Gust. Silberradii scripto, et *Dissertationi de Hercto cito ob inegalitatem in melius reformando iuncto*: ita nec de orationis forma,*

26 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

de qua modo differuimus, p. 6. *Programmatis*, quod nunc legitur in eius *Exercitationum Academicar. Vol. I.* notare neglexit. Quin etiam ipsum Vlpianum hoc genere sermonis etiam aliis locis vslum reperio. Vt L. 195. §. 2. D. de V. S. Et cum paterfamilias moritur: quotquot capita ei subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt. Ita quidem scriptum habent editio Florentina Noricaque, et Vulgatis est, *singula*, scil. capita, familias incipiunt habere: at manus Domitii fuerit, *singuli familias incipiunt habere*; vt librarii immutarint ob illud, quod praecesserat, *capita*. Item in L. 1. §. 4. D. de His quae in testam. del. idem scribit ICtus: Et hereditatis portio ademta, vel tota hereditas: si forte sit substitutus, iure facta videbitur: non quasi adempta: quoniam hereditas semel data adimi facile non potest: sed quasi nec data. Sic enim interpunctio ex Vulgaribus libris corrigenda est, et post *facta*, supplendum cum Accursio, *ademtio*; quod ipsum ante eam vocem inseruit Haloander: nec auscultandum Herm. Cannegietero V. C. *Observation.* Lib. III. Cap. 8. iure retracta, legenti pro iure *facta*. Et manifestum est ergo, quod ante diximus, inter eos, in print. L. 1. D. de Paet. esse retinendum, quod autem Elb. Leoninus Lib. I. *Emendation.* Cap. 16. reponit, fecutus, vt ait, fidem manuscripti sui codicis antiquissimi, inter homines, id e glossa manasse, si fidem illi habeas, non erit dubitandum.

CAPVT

C A P V T V.

*Receptarum Iuris Lectionum Δωδεκας. Ve-
tus lectio Ciceroni libro primo de Officiis
asserta. Aliaque tum emendata, tum illustrata.*

Receptis Iuris lectionibus vindicandi integrum caput dabimus. Nimia enim Critorum diligentia res hodie iam eo deuenit, vt medicina maxime aduersus ipsos Medicos opus sit. Primus esto locus Pauli *L. 10. D. Qui satisd. cog.* quae Florentiae et in libris editis omnibus, quod sciam, sic legitur: *Si ab arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habendi sunt: cum potuerit querella ad competentem iudicem deferri.* §. 1. *Qui ex causa improbat ab arbitro probatos, alias improbatos probat: multoque magis si sua voluntate accepit fideiussores, contentus his esse debet. Quod si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis, vel magna inopia accidit: causa cognita, ex integro satisficiendum erit.* Nolo repetere Desid. Heraldi *Obseruat.* et *Emend. Cap. 5.* et *Guil. Bestii Rat. Emend. Leg. Cap. 3.* et *Ge. Arnaldi Variar. Coniecturar. Lib. II. Cap. 26.* qui locum emendare conati sunt, hariolationes. *Di-* cam solummodo Cuiacium in *Praelett. ad Paul. Tom. II. Oper. Postum. p. 91.* expuncto §phi signo, haec uno spiritu legi voluisse, *cum potuerit querella ad competentem iudicem deferri, qui (iudex) ex causa im-* probat ab arbitro probatos, alias improbatos probat: et opinioni huic accessisse praeflantissimos Iuris Inter- pretes, *Io. van de Water Obseruat. Iur. Lib. III. Cap.*

28 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Cap. 5. et Ger. Noodtium in Comment. ad D. h. t. p. 47. Ant. Schultingiumque ad Πρώτα h. t. §. 3. p. 153. Mihi vero nec distinctionis vitium huic Pauli loco insesse videtur. Si ab arbitro, inquit, probati sunt fideiussores, pro locupletibus sunt habendi: nam si in alteram partem iniquum sit arbitrium, querela poterit deferri ad competentem iudicem. Qui autem actor, non quod de facultatibus fideiussorum dubitat, sed et ex alia quavis iusta causa improbat fideiussores ab arbitro datus, et contra improbatos probat, atque hos ita admittit: multoque magis si sua voluntate accepit fideiussores, contentus iis esse debet, neque de nouo reum ad alios dandos potest adigere, nisi inopia, aut alia calamitas superuenerit. Atque in hunc modum verba Pauli ceperunt Basilicorum conditores, qui Tom. I. p. 353. B. haec ita sunt interpretati: Οὐ δοκιμάζόμενος παρὰ τῇ δοκιμασίᾳ, ἀνὴρ εὐπόρος ἐξὶν ἐπειδὸν δύναται τὴν περὶ τέτες μέριψιν ἀναπέμπειν τῷ προσφέρω δικαῖην. δύναται δὲ ὁ ἐνέγκων δοκιμάζειν τὸν ἀποδεικμαθέντα παρὰ τῇ δοκιμασίᾳ· ὁ γὰρ ἐπάν τε δεξάμενος ἔγγυητας, ὀφέλεις αὐτοῖς ἀρνεῖται. εἰ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ συμφορᾷ, οὐ πορίσα συνέβη αὐτοῖς, ἔτεροι τῆς αἵτιας διαγνωσθέοντες δίδονται.

II. Vlpianus in L. vn. §. 1. D. *Si quis ius dic. non obtemp. vbi hoc Praetoris Edictum interpretatur, Is. videtur, inquit, ius dicenti non obtemperasse, qui, quod extremum in iurisdictione est, non fecit. Veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est, sed duci eam, vel ferri passus est. Ceterum si et sequentia recusavit, tunc non obtemperasse videtur. Sed quae-*
nam

nam horum verborum sit sententia, parum conuenit inter Interpretes. Alioruim opinionibus, quas diligenter recensuit Theod. Woermannus *Dissert. inaug. ad d. L. vn. praeside Iac. Voorda habita, in Thes. Dissertation. Belgitar. Vol. I. Tom. II. p. 55. seqq.* addi pos-
funt Io. Guil. Hoffmanni *Meletem. ad Pandect. Dis-*
sert. III. §. 2. et nouissimae *Celeberrimorum ICtorum,*
Io. Cannegieteri *Obseruation. Cap. 9.* fratrisque Hermanni *Obseru. Iur. Rom. Lib. III. Cap. 1.* interpreta-
tiones huius legis, atque emendationes. Quibus omnibus, ne longus sim, in medio relictis, quae sit mea
hoc de vexatissimo loco opinio, cuius omnino probo
lectionem, quae est in Etrusco Noricoque libro, non,
quod Vulgatis vetustioribus, *Is non videtur ius dicenti- non obtemperasse, qui, quod extremum in iurisdictione est, fecit,* paucis dicam. Primum, cum sit ex-
tremum cuiusque rei finis ac terminus, quod extre-
mum in iurisdictione est, eum non facere arbitror, qui
sententiae executioni, quae ultimum est in iurisdictione,
obsistit, eamque remoratur. Similiter est apud Ciceronem *de Offic. Lib. I. Cap. 17.* *In quibus enim eadem*
studia sunt, eadem voluntates, in his sit, ut aequa-
quisque altero delectetur, ac se ipso: efficiturque id,
quod Pythagoras ultimum in amicitia putauit, ut unus
fiat e pluribus. Sic enim recte, ut meum quidem est
iudicium, *ultimum in amicitia, id est summum, post*
Car. Langium ediderunt plerique ex Nonio Marcello
in voc. *Ultimum:* nec probo, quod nuper Iac. Fr.
Heusingerus ex priscis Ciceronis exemplaribus scriptis
vulgatisque reduxit, *quod Pythagoras vult in amicitia.*
Sic enim et Brutus apud Ciceronem *Epist. ad Brut. 17.*

Nimi-

30 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Nimium timemus mortem, et exilium, et paupertatem. Haec videntur Ciceroni ultima esse in malis.
Item Propertius *L. I. Eleg. 5. v. 3. et seq.*

*Quid tibi vir, insane? Meos sentire furores?
Infelix, properas ultima nosse mala.*

Item Prudentius *Pastore S. Romani v. 376. et seq.*

*Furorne summus, ultima et dementia est,
Deos putare, qui creantur nuptiis?*

Et Sallustius in *Iugurthino Cap. 3. extremae* ait *esse dementiae, frustra niti, neque aliud fatigando, nisi odium, quaerere.* Vbi vide quae attulit Cortius. Deinde ἐλέγχως ab Vlpiano dictum puto, *Veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est, hoc est, condemnatus a iudice ad reddendam rem domino exigenti non tradidit, sed duci eam vel ferri, id est auferri vel abduci, executione decreta, passus est;* is scilicet ius dicenti obtemperasse videtur. Exempla huius ἐλέγχως plura (nisi quod de *L. 14. D. de Transact.* dissentimus, Westenbergioque, ut et iam ante diximus, subscribimus *D. Marc. Dissert. III. Cap. 2. p. 50.*) attulit Wielingius *Lesion. Iur. Ciu. Lib. II. Cap. 6.* ac similem praecisionem dudum in *L. 12. pr. D. de Captiu.* et *postlim.* animaduerterat Cuiacius *Observat. Lib. XXIV. Cap. 31.* Quibus ipse addo princ. *L. 1. D. de Injur.* et *famos. lib.* itemque *L. 93. D. de V. S.* Sed de his locis plenius alibi exponemus: nunc redeo ad nostrum. In ipsis igitur, *Ceterum si et sequentia recusauit,* crediderim dici *sequentia*, posteriore loco posita, et referri debere ad proxime antecedentia hoc sensu: *Ceterum si et haec ipsa, quae modo diximus, facere*

Facere noluit, id est, nec duci vel ferri rem mobilem passus est; tunc non obtemperasse videtur. Haud raro enim sequens in Pandectis, vti Briffonius docet *Liber de Verb. Signif.* secundum notat et posterius. Atque hoc modo in L. 12. §. vlt. D. de Bon. possit. sequens testamentum est posterius vel nouissimum; et sequens scriptura, posterior in L. 22. D. Quand. dies legat. ced. Et in §. 2. I. de Obligat. Sequens, id est secunda, obligationum diuisio in quatuor species deducitur. Vbi quoque Theophilus, δευτέρα δὲ διαιρεσίς αὐτη, inquit. Nec aliter eam vocem usus est Imp. §. 16. I. de Act. vbi recte falli monet Constantius, qui numerent tertiam diuisiōnem, itemque §. 2. I. de Interd. Quibus addam denique ex Tom. I. Basilianā p. 327. B. a Graecis proditam interpretationem, quae nostrae egregie videtur fauere. Verba haec sunt: Ο περὶ κινητὴ πράγματος ἐνεγόμενος, ἀδεραν ἔχει μὴ ἵπποδέξαθαι τὴν δίκην, αλλ’ ἀνέχεσθαι ληφθῆναι τὸ πρᾶγμα. ὁ δὲ μηδέτερον τέταν ποιῶν, & δοκεῖ πειθαρχεῖν τῷ δικαιῷ.

III. In L. 7. §. 6. D. de Paet. illud aequē non reprobare scribit Papinianus, quod Pomponius libris Lectiōnum probet, posse in parte recedi paetō ab emtione, quasi repetita partis emtione. Ita Florentina lectio concipitur. In Vulgatis autem codicibus pro verbis postremis est, quasi repetita paeti emtione, et in editione Rob. Stephani 1527. scriptisque quibusdam Brencmanni, quasi repetita paetis emtione. Quorum nihil probans Bynkershoekius Obseruat. Iur. Rom. Lib. V. Cap. 25. legit casibus inuersis, quasi repetita parte emtio-

32 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

tionis. Quod ut improbum non sit, tamen nulla est ratio, mea quidem sententia, cur a Florentina lectio ne recedamus. Nam *repetita partis emtione*, est revocata, rescissa emtione partis eius, qua ab emtione receditur. Eamque lectionem habuisse videtur suo in codice etiam Graecus Scholiaſtes, qui Βασιλικῶν Tom. I. p. 754. A. Oἰον, inquit, μετὸ τὶ τὴν πρᾶσιν ὅλη τῇ σίκῃ γενέθαι δυνάμεθα ἀναχωρεῖν τῇ ὅλῃ, καὶ εἰς μέρης τῇ σίκῃ ποιεῖν τὴν πρᾶσιν. Id est, Utputa post contradictionem totius domus venditionem possimus a totius venditione recedere, (non, ut Fabrotus transtulit, *in totum ab ea discedere*) et pro parte domus venditionem facere. Nec vero (ut hoc statim adiiciam) in fine d. §. 6. vbi Florentiae, utrumque itaque restet placet, et quod Julianus et quod Pomponius. Veteres autem Editores et Haloander habent, et quod Pomponius ait, quomodo et in libro Campensi scriptum se inuenisse testatur Petr. Bondam V. C. Spec. Animaduers. Critic. Cap. vlt. in Ger. Oelrichii Thes. Nou. Dissertation. Belgicar. Vol. II. Tom. II. p. 234. ego vocem extremam geminari velim cum Bynkershoekio ex sequente §. 7. qui ita incipit, Ait Praetor. Neque enim insolens est in Pandectarum libris, et passim animaduersum, verba talia, ait, respondit, existimat, subaudienda omitti. Sic hoc ipso titulo §. vlt. L. 4. bene est in Florentinis Vulgatisque codicibus, quod temere Haloander et alii post eum immutarunt, ex facto etiam consultus; puta Julianus respondit. Item L. 43. §. 6. D. de Procur. Labeo, causa cognita, temperandum: vbi post Labeo, Veteres addunt verbum, ait, et Norica post temperandum. Item L. 18. D. de Negot. gest. addit

addit in fine Tuscus liber, quae in aliis non habentur.
Idem Neratius; hoc est idem censet Neratius, quod
 Proculus et Pegasus. Et sic Paulus *L. 144. D. de V.*
S. Libro Memorialium Massurius scribit pellicem apud
antiquor eam habitam, quae cum uxor non esset, cum
aliquo tamen vinebat: quam nunc vero nomine ami-
cam, paulo honestiore concubinam appellari. Quo
loco, tentato a Gotfr. Mascouio de Seſt. Sabinian. et
Proculian. Cap. 2. §. 3. traectione, vero nomine con-
cubinam, paulo honestiore amicam, et probante Wie-
lingio Lettion. Iur. Ciu. Lib. II. Cap. II. §. vlt. ego
in hoc consentiens V. C. Herm. Cannegietero Diff. ad
legem Numae de ara Iunonis pellici non tangenda Cap.
4. apud Fellenbergium Iurispr. Antiqu. Tom. I. p.
358. receptam lectionem nec vitium habere ullum puto,
cum, quod et Alciatus dudum monuerat ad d. L. 144.
concubinae nomen apud veteres non fuerit inhono-
rum, et contra amicas vocarint quascumque meretri-
ces, vt Graeci ἔραγες scortilla etiam ignobilia ^{)}: nec*
Corn.

^{*)} Sic v. gr. *amicam* dixit Martialis in *Apophoretis Epigr.*
187. cuius lemma, Menandri *Thais*:

Haec primum iuuenum lasciuos lusit amores,
Nec Glycere; vere Thais amica fuit.

Quo loco non placet, quod ex Vaticano vetere reponere
 tentabat N. Heinsius, teste et approbante P. Burmanno
 ad Ouid. *Remed. Amor. v. 383.*

Nec Glycere, verum et Thais amica fuit.

Sensus est, vt equidem arbitror: Haec Menandri *Thais*
 primum deludere docuit amantes adolescentes, dum
 singulari ingenii laude fraudes meretricias omnes expref-

34 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Corn. Ant. Wachendorfium sequor apud Pet. Nic.
Arntzenium *Diss. de Masurio Sabino Cap.3. §.1. Thes.*
Nou.

fit in ea fabula Poëta: nec Glycere, nobile alias scor-
tum, sed nullo poëmate celebratum, verum Menandria
illa Thais vere amica, id est meretrix, fuit: non, vt
interpretatur I. Fr. Gronouius *Obseru. Eccl. Cap. 2.*
amica Poëtae, noctes diesque ab eo culta, curata, ex-
ornata, fabula illa scilicet. Item Lib. VII. Epigr. 69.
in Philemum:

Ipsarum tribadum tribas, Phileni,
Rœte, quam fatuis, vocas amicam.

Atque hinc explicandum etiam censeo locum illum Clau-
diani, cuius sententiam omnino non affecutus est doctor
quondam noster, δέκατος I. M. Gesnerus, *Prol. L. II. in*
Eutrop. v. 21. seqq.

Mollis feminæ detruditur arte tyrannus,
Et thalamo pulsus perdidit imperium.
Sic iuuenis, nutante fide, veterique reducitur
Petlice, defletam linquit amica domum.

Sic enim legendum sine dubio cum editionibus priscis,
cum Gesneri etiam, Heinianam secuta, dederit, *detrudi-*
tur arce. Scribit autem Philostorgius *L. XI. Hifl. Ec-*
cl. Cap. 6. casus Eutropii caussam natam ex Endoxiae Au-
gustae in Eutropium indignatione: eam enim, iniuria ab
Eutropio affectam, supplicasse contra illam marito, duas
filias, Pulcheriam et Arcadiam, quarum eo tempore iam
mater erat, in vlnis ei offerente; eaque re commo-
visse mariti alias ignauii animum adeo, vt iam Impera-
torem fese ostenderit, et Eutropius statim, honore omni
exutus, bonisque spoliatus, in Cyprum Insulam mis-
sus fuerit in exilium. Et de hac igitur Arcadii vxore
intelligendum opinor, quod ait Poëta, veterem qua si
redu-

Nou. Dissertation. Oelrich. Vol. III. Tom. I. p. 21.
 qui includenda haec, amicam paulo honestiore, putat
 parenthesi, idque et valde laudante ipso Arntzenio:
 nec Ill. Püttmannum §. 3. *Dec. Coniect. in Varior. Syll.*
p. 92. pro appellari saltem legentem, neque Mascouii
 impugnata coniectura, *appellant.* Ac pari modo illud
L. 21. pr. D. de Negot. gesl. intelligendum: *Seruius,*
 inquit idem praedictus Alfenus Varus, *respondit,*
aequum esse, Praetorem in eum reddere iudicium.
 Vbi Guil. Ranchinus *Varior. Lect. Lib. III. Cap. 2.*
 et ipse Taurellus, sua superflui nota addita, verba haec,
Serulus respondit, quae et ipsa plane elecit Haloander,
 tamquam male repetita e superioribus, obliteranda pu-
 tabant; Brencmannus vero legendum adscripta voce,
Seruius, inquit, respondit. Et sic *L. 1. §. 2. D. de*
Dol. mal. Dolum malum Seruius quidem ita definit,
machinationem quamdam, alterius decipiendi causa;
cum aliud simulatur, et aliud agitur. Labeo autem,
posse et sine simulatione id agi, ut quis circumuenia-
tur. Vbi quod additur in Vulgatis Noricisque, *La-*
beo autem ait, adsumendum potius ex praecedenti, de-
finit. Nec aliter denique et ipse in *L. 12. pr. D. de*
Duob. reis conf. cum Bynkershoekio *Obseruat. Iur.*
Rom. Lib. I. Cap. 18. cui tamen praeiuerat iam Andr.
 Schottus *Obseru. Humanar. Lib. V. Cap. 30.* ipseque
 Dion. Gothofredus *ad d. L. 12. pr.* illud nihil Floren-
 tinae membranae, *prolatus, pro quo Vulgo est, pro-*

C 2 mitto,

reductam pellicem, quo ipsam Augustani innuit, effe-
 cisse, ut iuuenis amica, id est Eutropius, linquere co-
 geretur desletam domum.

36 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

*mitto, et corrigunt alii ex Haloandrina, probatur,
alii prolocutus, alii prolatus, censeo emendandum,
Proculus; ut sit, si ex duobus, qui promissuri sunt,
hodie alter, alter postero die responderit: Proculus
(puta respondit) non esse duos reos, et quae sequuntur.
Eoque loquendi modo etiam Virgilius vſus Aeneid, IX.
v. 231. his verbis:*

— *Tum Nifus, et una
Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rem magnam, pretiumque morae fore.*

Addantur Cortio notata ad Sallust. Catil. C. 21. p. 145.
Iugurth. C. 109. p. 906. et alibi.

IV. Quod fere nouissima parte paſtorum, ait VL-
pianus in eadem adhuc L. 7. §. 12. ita ſolet inſeri, RO-
GAVIT TITIVS, SPÖPONDIT MAEVIVS: haec verba
non tantum paſtionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipu-
lationis. Ideoque ex ſtipulatu naſcitur aſio: niſi con-
trarium ſpecialiter adprobetur; quo non animo ſtipu-
lantium hoc factum eſt, ſed tantum pacientium. Inau-
ditam putabat orationem Bynkershoekius ad L. Lecta
Cap. V. Tom. I. Opus. p. 23. verba directa et follentia,
R. T. S. M. paſtionis, imo magis paſtionis, quam ſti-
pulationis loco accipienda eſſe. Itaque traieciſtis voci-
bus legit, haec verba non etiam paſtionis loco accipi-
untur, ſed tantum ſtipulationis. Noodtum contra de
Paſt. et Transpaſt. Cap. 10. ſi audias, hyſterologia in-
eſt verbiſ Vlpiani, et dicere voluit, haec verba non ſti-
pulationis tantum loco accipi, ſed etiam paſtionis.
Mea vero ſententia, ſenſus Domitii hic eſt, verba R.
T. S. M. quae naturali ſua virtute ſpectata, nudum
tantum-

tantummodo pactum innuere videntur, in iure hanc vim adepta esse, vt, si a tabellione inferantur in instrumenti parte, stipulationem factam indicent; nisi si specialiter contrarium probetur, quod non animo stipulantium hoc factum sit, sed tantum paciscentium. Atque eadem certe mens fuit Scholiae Basilicorum Tom. I. p. 754. D. cuius verba haec sunt: Ἐλος ἐσὶ τοῖς συμβολαιογράφοις ἐντιθένας τῷ τέλει τῶν συμβολαίων ἐπερώτησιν ἔχοσαν, ὅτι ὁ δένας ἐπηρώτησε, καὶ ὁ δένας ἀμολόγησε. Διὰ ταῦτα τοινυ τὰ δίκαιατα δι μόνον πάκτω παραγεφή ἐκ τῷ συμβολαίῳ τέττα τικταῖ, αὐλά καὶ ἐξ συπλάτω ἀγωγῆς. εἰ μὴ ἄρε τὸ ἐναντίον αἰνοδεκτοῦ ὅτι ἐκ ηθέλησαν οἱ ἐναπλάσσοντες τεχθῆναι αὐτοῖς ἀγωγὴν, αὐλά μόνος συμφώνε παραγεφήν. Illud autem ὃδε πάρεργον etiam notare libet, neque de eo, quod ait Vlpianus §. praec. d. L. 7. Siue autem ab initio dolo malo pactum factum est, siue post pactum dolo malo aliquid factum est, nocebit exceptio propter haec verba Edicti, Neque fiat, Noodatio me astipulari de Paet. et Transact. Cap. 15. exir. qui exceptionem putat sumi posse pro pactione, vt dicat ICTus, non profuturam pactionem; sed recte haec vertisse, mea quidem opinione, Graecos Tom. I. p. 722. C. Εἴτε δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν, έιτε μετὰ τὸ σύμφωνον γένηται ὁ δόλος, αἴμαζες αντιπαραγεφή. Itaque sensus est, non tueri Praetorem pacta dolo malo aduersarii facta, sed dare replicationem doli mali. Quae vis huic voci subiicitur etiam in L. u. pr. D. de Legat. praefit. et aliis in locis annotatis a Cuiacio. Quod autem ait ICTus, replicationem dari propter haec verba Edicti, Neque fiat, respicit, opinor, et vidit

38 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

iam Accursius, ad verba ista, quae supra §. 7. ex eodem Edicto relata legimus, *Neque quo frans cui eorum fiat: ea enim etiam hic reponere cum Mureto Obseruat. Iur. Cap. 10. Thes. Otton. Tom. IV.* qui per sigla suspicatur antiquitus sive scriptum, *N. Q. F. C. E. F.* non est necesse,

V. Nihil etiam nouandum procul dubio in *pr. L.* 10. *D. eod.* vbi idem adhuc Vlpianus: *Et repeto, ante formam a Dino Marco datam Diuum Pium rescriptisse, fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothesas non habet, et ceteros priuilegiarios exemplum creditorum sequi oportere.* Io. Guil. Hoffmannus *Meteatem, in Pand. Differt. III. §. 5.* pro *Et repeto, legendum* putabat, *Et reperio:* atque ita iam edidisse imeni Russardum. Miror autem, Hoffmanno displicuisse Accursii, cuius ipse meminit, interpretationem; qui, *Repeto, inquit, id est recordor.* Subauditur nempe, *memoria.* Sic et *L. 14. D. de Iur. codicill.* Scaetula: *Quidam referunt, quantum repeto, apud Viuianum Sabini et Cassii et Proculi expostam esse in quaestione huiusmodi controuersiam: an legata, que, posteaquam insituti mortem obierunt, codicillis adscripta, vel ademta sunt, a substitutis debentur.* Et Suetonius de *Illustr. Grammat. Cap. 4.* *Me quidem adolescentulo, repeto, quemdam, Principem nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis vero mane differere, post meridiem, remoto pulpite, declamare solitum.* Plinius idem *Iunior Lib. III. Epist. 5.* *Repeto, me correptum ab eo, (auunculo) cur ambularem;* *Poteras, inquit, has horas non perdere.*

Nam

*Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis
non impertiretur. Virgilius quoque Lib. III. Aen.
v. 184. seqq. Anchisen sic facit loquentem:*

— *Nate, Iliacis exercite fatis,
Sola mihi tales casus Cassandra canebat.
Nunc repeto, haec generi portendere debita nostro;
Et saepe Hesperiam, saepe Itala regna vocare.*

Et Lib. VII. Aen. v. 121.

— *Genitor mili talia (namque
Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit.*

Ouidius denique Heroid. Epist. XVI. quae est Paridis
ad Helenam, v. 275. seqq.

*Non mea sunt summa leuiter destricta sagitta
Pectora; descendit vulnus ad ossa meum.
Hoc mili, (nam repeto) fore, ut a caeleste sagitta
Figar, erat verax vaticinata soror.*

Quo quidem loco causa nulla erat, cur Io. Hildebr.
Withofius Emendat. in Epist. Heroid. Ouidii Decade
p. 37. legeret, fore, ut arcu laefus ab isto Figerer,
est verax vaticinata soror; nec cur N. Heinlius, Fige-
rer, est, pro Figar, erat. Eodemque sensu, nam re-
colo, apud eundem Ouidium dixit Oenone Epist. V.
v. 113.

Hoc tua (nam recolo) quondam germane tenebat.

Et sic censeo a Poëta scriptum suisse Metam. Lib. XIV.
v. 813. seqq.

*Tu mili, concilio quondam praesente Deorum,
(Nam recolo, memorique animo pia verba notauit)*

40. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

*Vnus erit, quem tu tolles in caerulea caeli,
Dixisti.*

Ibi nunc perperam editur, *Nam memoro. Nisi mavis,*
quod et ipse praeseram,

Nam memini, memorique animo pia verba notaui.

Ennianum enim forte verbum, *memoror*, pro recordor,
quod hic reponere de coniectura tentabat Heinsius,
versum ipsum Ennii esse suspicatus, et sic recte mon-
nens apud Lucretium legendum cum veterissimis tribus
codicibus Lib. II. v. 112.

*Cuius, vti memoror, rei simulacrum et imago
Ante oculos semper nobis versatur,*

non, puto, adhibuerat Naso. Plene vero (vt hoc quo-
que de *repetendi* verbo addam) Cicero Lib. XI. Epist.
27. *Familiar.* *Quantum memoria repetere praeterita
possum, nemo est mihi te amicus antiquior.* Item
Seneca Epist. 10. *Repeto memoria, quam magno ani-
mo quaedam verba proieceris, quanti roboris plena.*
Et Africanus Maior in speciosissima illa apud Gellium
voce *N. A. Lib. IV. Cap. 18. Memoria, Quirites, re-
peto, diem esse hodiernum, quo Hannibalem Poenum,*
*imperio nostro iniunxit, magno proelio vici in
terra Africa, pacemque ei et victoriam vobis peperi
insperabilem.* Non igitur simus aduersum Deos in-
grati: sed, censeo, relinquamus nebulonen hunc, ea-
musque nunt protinus Ioui optimo maximo gratula-
tum. Ibi vero pro eamus hinc, vti vulgo legitur, ex
vetere Basileensi anni 1565, editione scripsi, eamusque
nunc; et modo etiam pro *victoriam nobis peperi*, fide
eiusdem libri, *victoriam vobis peperi.*

VI.

VI. Est et alias non longe ab hoc dislitus saus omnino atque integer eiusdem Vlpiani locus, quem innocuo suo, vt loquitur, geminationis remedio aeger- rimum sane fecit is, quem modo nominauimus, Hoffmannus. Quod mirum non est: fuit enim in hoc Viro cum eruditione certe praeclara et acumine haud mediocri magna ingenii in geminationibus maxime ex- cogitandis ostentandi auiditas, qua ita occaecatum Meletemata eius in Pandectas legentes deprehendimus, vt sanissimis tantum non ubique manum admoueat; et corrupta tentando amplius saepe deprauet. Locus quem dico Vlpiani, est §. 6. L. 3. D. de Minor. XXV. ann. Si quis, inquit, minor viginti quinque annis adrogandum se dedit, et in ipsa adrogatione se circum- ventum dicat: (finge enim a praedone eum hominem lo- cupletem adrogatum) dico, debere eum audiri in inte- grum se restituentem. Legendum coniectabat Hoff- mannus Meletem. in Pand. Dissert. V. §. 3. se re- stitutentem, i. e. se restitui tuentem; idque explicat, restitui se petentem et contendentem contra negantes. At coniectura ista non tantum superuacula omnino, sed et linguae legibus est contraria: nam quod confert Hoffmannus, tueri sententiam, id profecto alienissi- mum est. Imo apud Vlpianum se restituentem est, se restitui volentem: quomodo et a Scipione Gentili in Parergis Lib. I. Cap. 25. explicari, monuit iam ipse Hoffmannus *).

Hunc in modum enim verba multa

C 5 sine

*) Et sic verba Vlpiani, (quod non omittendum noua hac loci huius editione) reiecta etiam Hoffmanni coniectu- ra, exposuerat iam Hub. Greg. van Vryhoff Obseru- tur.

42 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

sine effectu ponit apud Graecos Latinosque constat, ita ut de voluntate solum ac voto agendi intelligenda sint. Eaque forma est apud Liuium *Lib. XXIII. Cap. 19.* *Pugnandum autem esse, si palam frumentum importaret, id est importare vellet, videbat.* Item *Lib. XXV. Cap. 33.* *Ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam poucis, si vi retinerent.* Vtrumque enim locum ita recte e membranis restituit et exposuit I. Fr. Gronouius. Pari modo Sallustius in *Iugurthino Cap. 109.* *Deinde ambo in castra sua digressi, id est digredi pararunt.* Ad quem locum plura Cortius. Ac similia iam notarat Casaubonus ad *Sueton. Jul. Cap. 39.* *Sic multa, inquiens, apud ICtos accipienda, sine effectu, ut loquuntur: aliaque Dukerus ad *Flor. L. I. Cap. 18.* L. III. Cap. 17. et Marklandus ad *Lys. Orat. VII. extr. p. 294. ed. Reisk.* E sacris Scriptoribus si quis loca requirat, bene multa suppeditabit Glassius, *Philol. S. Lib. III. Tr. III. Can. 7.* Addo vnum etiam ex Iure nostro, *L. II. §. 8. D. de Pecul.* quae et ipsa Vlpiani est. *Et quiuis alius, inquit, potest eligere, vtrum cum emtore, an cum venditore ogeret.**

Quo

Iur. Civ. Cap. 3. vbi tamen quae ex Digestis attulit exempla ICtus doctissimus, parum apposita sunt, neque probant, cuius causa ille adscripsit. Ceterum corruptum Vlpiani locum putabat etiam eruditissimus quondam Helmstadiensis Academiac Antecessor, Franc. Car. Conradus, cuius manucriptas ad Meletemata Hoffmanni annotationes debemus Ill. Ingleri humanitati: is enim codici suo in margine alleuerat, *Lege, se restituendum.*

Quo loco nec erat quid causae, cur, agere velit, reponeret Haloander. Nam et eodem plane modo Alexander Imp. L. 6. pr. C. ad SC. Vellei. Si mater, cum filiorum suorum patrimonium gereret, tutoribus eorum securitatem promiserit, et fideiussorem praefixerit, vel pignora dederit: quoniam quodammodo sum negotium gessisse videtur, senatusconsulti auxilio neque ipsa, neque fideiussor ab ea praefixus, neque res eius pignoratae adiuvuantur. Ibi recte Accursius: Gereret, id est gerere vellet. Alia autem haec in rem ex nostris exempla vide apud G.O. Reitzium in *Annot. Sparf. Miscell. Observat.* Vol. X. Tom. III. p. 371.

VII. Reuertor iterum ad titulum D. de Pacis Pauli in §. 3. L. 17. h. t. verba sic legenda censebat Noodtius de P. et Tr. Cap. 4. Si quis pacificatur, ne a se petatur: heredi exceptio non proderit; expunctis ipsis, sed ut ab herede petatur: quae sunt otiosa, inquit, et desunt in editione Vintimillii Parisiensi, apud Rufardum autem et Charondam hemicyclis includuntur tamquam suspecta. Eademque verba Brencmannus apud Haloandrum abesse notat. Ego vero nihil necesse arbitror, vt obsequamur ipsis Pandectarum Editoribus, horumdemque iudicium approbanti Noodtio; immo verba, quae illi extrudunt, omnino retinenda esse aio, studioque adiecta vel ab ipso Paulo, vel saltem a Triboniano, ne quis de pacto in rem intelligeret. Pacta enim in rem prodesse constat heredibus ac fideiussoribus; non prodesse pacta in personam. Et legerunt quoque verba ista Graeci, qui Tom. I. p. 725. D. haec

44 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

haec ita sunt interpretati: Ἐὰν συμφωνήσω, ἵνα μὴ
ἔγω, διὸ ὁ πληγούμενος με απαιτηθῇ, εἰς ἔχει παρε-
γραφήν. Id est, Si paciscar, ne a me, sed ut ab her-
rede meo petatur: heres exceptionem non habet. Ne-
que cum eodem Noodtio (vt et obiter statim moneam),
quod Vlpianum L. 22. D. de Paſt. scripsisse Pandectis
Florentinis aliisque vetustioribus continetur, *Nisi hoc*
actum est, ut dimitaxat a reo non petatur, a fideiūſſore
petatur: tunc enim fideiūſſor exceptione non vte-
tur, iisdem, quos supra nominavi, auctoribus expun-
gi velim verba, a fideiūſſore petatur, quae itidem le-
guntur in Basilico. Cautione enim etiam hic opus esse,
monet ex Pedio ipse Vlpianus L. 7. §. 8. D. h. t. cum
fieri possit, vt pačio persona inferatur, non quo per-
sonale fiat pačium, sed vt demonstretur, cum quo pa-
čio facta sit. Ceterum in modum corollarii illud
etiam adiiciendum est, in verbis hisce Pauli L. 23. D.
eod. ad quae nec quidquam reperties in Goettingensi
editione annotatum, bene quidem vidisse vitium inter-
unctionis Schultingium ad Prota h. t. §. 35. p. 209.
Vhliouae edit. sed non recte legere cum Dion. Go-
thofredo, cum alii conuentio facta prodeſt. Totus
enim locus, mendosior etiam a punctis in Goettingen-
si, quam in Tusco est codice, deleta §phi nota post
ista, quoquo modo cuiusque intereft, quod neque Ac-
cursium latuisse reperio, et monuisse Iul. Pacium ad
oram suae editionis, procul dubio sic est pungendus:
Fideiūſſoris autem conuentio nihil proderit reo: quia
nihil eius intereft, a debitore pecuniam non peti. Im-
mo nec confideiūſſoribus proderit. Neque enim, quo-
quo modo cuiusque intereft, cum alio conuentio facta
prodeſt:

prodest: sed tunc demum, cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pacis est, proficiat: sicut in reo promittendi, et his, qui pro eo obligati sunt. Atque ita distincta lege, sensus latim apparebit: uti conuentio cum alio facta prosit, non necesse esse, ut quoquo modo paciscentis intersit, sed principaliter ac pecuniariter.

Vlpiani etiam verba sunt, quae *L. 7. pr. D. de Dol. mal.* ex Pandectis Florent. ita scripta legimus: *Et eleganter Pomponius haec verba, si ALIA ACTIO NON SIT, sic excipit, quasi res alio modo ei, ad quem ea res pertinet, salua esse non poterit. Nec videtur huic sententiae aduersari, quod Inlionus libro quarto scribit; si minor annis viginti quinque, consilio servii circumscriptus, eum iuendidit cum peculio, emitorque eum manumisit, dandam in manumissum de dolo aelionem. Hoc enim sic accipimus: carere dolo emtorem, ut ex emto teneri non possit: * aut * nullam esse venditionem, si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est. Et quod minor proponitur, non inducit in integrum restitutionem: nam aduersus manumissum nulla in integrum restitutio potest locum habere. Verum et hoc loco videbantur Noodio *Lib. I. de Iurisdict.* et *Imper. Cap. 14.* verba haec, aut nullam esse venditionem, si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est, non esse Vlpiani: neque pigebat eum sententiae, *de Forma Emend. Dol. Mal.* cum scriberet, *Cap. 14.* Ac, fateor, parum aberat, quin persuasisset eximius ICtus, verba ista adiecta esse ab indocto aliquo glossatore, et foedare formam disputationis alioquin elegantis:*

tis: mire enim fauere videbatur asteriscis in Florentina editione septum illud, *aut*, a recenti quippe manu in membrana: quamquam exstat idem in ceteris quoque editis scriptisque exemplaribus Brencmanni. Verum retinuit me Graecorum auctoritas, qui Basiliam Tom. I. p. 599. C. verba Nostri sic transferunt, ut legisse eos, quae elimanda censet Noodtius, manifestum sit. Sic igitur Graeci: 'Εὰν ἀφῆλιξ ἀπατηλῶς συμβελευθεῖσιν πὸ τῆς ιδίᾳ δέλε πωλήση αὐτὸν σὺν τῷ πεντάῳ, καὶ ὁ ἀγοραστὴς αὐτὸν ἐλευθερώσῃ, ἐνέχεται ὁ ἐλευθερωθεῖσιν τῇ περὶ δόλε ἀγωγῇ, εἰ μὴ μετέσχειν ὁ ἀγοραστὴς τῇ δόλῳ' εἰ γαρ μετέσχειν, ἐνέχεται τῇ περὶ τῆς τοι-αύτης ἀγοραστικᾶς ἀγωγῆς, οὐδὲν ἐσιν η περάσις, ἐὰν εἰς αὐτὸν τὸ πωλῆσαν γέγονεν ὁ δόλος. καὶ δὲ αφῆλιξ ἐσιν ὁ πράτης, ἐκ ἀποκαθίσαται· κατὰ γὰρ τὰ ἐλευθερωθεῖνος ἔδειπος δίδοται ἀποκατέστασις. Atque ob haec maxime verba non repudiandam putem comprobatum tot codicum fide apud Vlpianum scripturam: nec Io. Iensium sequar *Strictur. ad Pandect. p. 22.* aspi- ratione addita legente, hanc, (ut priscis erat in more scribere) pro *aut*: ac mihi satis commode videtur nunc ille locus, interpunctione solum mutata, posse exponi. Nempe Vlpianus ad Edicti de dolo malo verba, *Si alia actio nou sit, iudicium dabo, ea sic accipi monet a Pomponio: si rei conseruandae illi, ad quem pertinet, aliud remedium non sit: eamque interpretationem elegantem putabat, nec tamen omni vacuam difficultate.* Aduersari enim videbatur, quod Julianus scribit, si minor, serui consilio circumscriptus, eum vendidit cum peculio, emtorque eum ma- nuvixit, dandam in manumissum de dolo actionem:

inde

Inde enim poterat colligi velle Iulianum decepto venditori succurri de dolo actione, etiam cum res aliter salua esse potest. Iudicauit duplarem difficultatem Noodtius: nobis sufficit de priore loco hoc dixisse. Ea haec est, quod, vbi emtoris dolus interuenit, dari videtur a Iuliano venditori in manumissum de dolo actio, et si competit ei utilis venditi actio aduersus emtorem. Sed respondet Vlpianus, non spectare Iulianum ad casum, quo emtor doli erat particeps, sed quo dolo vacabat emtor. *Hoc enim sic accipimus*, inquit, *carere dolo emtorem, ut ex emto (id est ex vendito, vti bene monet Accursius) teneri non possit: aut nullam esse venditionem*, (subaudio, dicens; quod vt addatur, vti simili loco L. 12. §. 9. D. Mandat. contra codicum fidem adscriptis Haloander, non est necesse: huiusmodi enim infinitiuorum vsum, ut ponatur non praecedente finito, et pendeat a voce aliqua subintellecta, frequentissimum esse probatis Scriptoribus et ICtis, exemplis post alijs, quos indi- cauit, docuit V. C. Io. Cannegieterus ad Vlpian. p. 112. et 129.) *si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est.* Atque hoc pacto difficultates omnes, quae eruditissi- mum Noodtium impediuerant, leuatas arbitror.

IX. Mirum quantas obiecerit doctis Interpretibus tenebras structura verborum non animaduersa in L. 40. D. de Reb. cred. quae Pauli est. *Quae situm est, in-*
quit, de obligatione usurarum: quoniam numerus
mensium, qui solutioni competebat, transierat. Di-
cebamus, quia pacta incontinenti facia stipulationi ineff
creduntur, perinde esse, ac si per singulos menses
certam

48 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

certam pecuniam stipulatus, quoad tardius soluta esset, usuras adieceret: igitur, finito primo mense, primae pensionis usuras currere: et similiter post secundum, et tertium tractum usuras non solutae pecuniae pensionis crescere: nec ante sortis non solutae usuras peti posse, quam ipsa sors peti potuerat. Haloander vocem *pecuniae*, Antiquiorum fecutus scripturam, expungere non dubitauit; nec Hotomanus dubitat glossa esse. Bynkershoekius contra ad *L. Leita Cap. II. p. 53. Opusculor. Tom. I.* cum suo codice malebat legi, *pecuniae vel pensionis*, vt τὸ pensionis esset ἔχειν τὸ pecuniae; ita tamen posse defendit putans Tusci libri scripturam, vt dicatur, sine distinctione cumulata esse συνάντησις. At nemini, sat scio, de mutatione venisset in mentem, modo haberemus scriptum, *usuras non solutae pensionis pecuniae crescere.* Similis locus est *L. 4. C. de Crim. expil. hered. vbi haec Imp. Gordiani verba: Aduersus uxorem (quae socia rei humanae atque divinae domus suscipitur) mariti diem suum funebi successores expilatae hereditatis, crimen intendere non possunt.* Et ideo res, quas per eandem abesse quereris, competenti in rem actione, vel si dolo malo fecerit, quo minus res mobiles possideret, ad exhibendum persequere. *Frustrus enim rerum, quas mala fide tenuit, licet expilatae hereditatis non teneatur criminis, suos non facit, sed extantes quidem vindicari, consumitos vero condici posse procul dubio est.* Ibi enim neque Ge. Arnaldo assentior, post multiplicem aliorum operam *Variar. Conieffetur. Lib. II. Cap. 19. substituent, domi suscipitur: cui eamdem tam praeceperat iam coniecuram Guil. Pauw Varior.*

Iur.

*Iur. Ciu. Cap. vlt. nec V. C. Herm. Cannegietero, quae
socia rei humanae atque diuinæ et domus suscipitur,
rescribenti Obseruat. Iur. Rom. Lib. I. Cap. 20. Citra
controversiam enim nihil hic quoque est mutandum, et
intelligendum sociam domesticam rei humanae atque
diuinæ. Et sic Cornificius, siue quis alius est auctor,
Lib. I. ad Herenn. Cap. 2. *Memoria est firma animi
rerum et verborum et dispositionis perceptio.* Vbi te-
mere nuper sibi dixit non placere Celeberr. Ernestus
verbum, animi; quia necessarium non sit, nec bene
coeat tot genitiui. Nam et hoc modo ipse Cicero de
Inuent. Lib. I. Cap. 7. *Memoria est firma animi re-
rum ac verborum ad inventionem perceptio.* Alia cu-
mulationis genitiuorum exempla vide apud Perizonium
ad *Sanct.* Lib. II. Cap. 3. p. 174. Drakenborchium ad
Liv. XXV. Cap. 15. Iac. Voordam *Interpretation.*
et *Emendat.* Iur. Rom. Lib. I. Cap. 2.*

X. In L. 23. §. 3. D. de Aedil. edit. dicit VI-
pianus: *Malus seruus creditus est, qui aliquid fa-
cit, quo magis se rebus humanis extrahat: utputa
laqueum torst, siue medicamentum pro veneno bibit,
praecipitemue se ex alto miserit, aliudue quid fecerit,
quo factio sperauit mortem peruenturam: tamquam
non nihil in aliud ausurus, qui hoc aduersus se ausus
est.* Traiectione hic videtur opus Bynkershoekio Ob-
seruat. L. IV. Cap. 4. legitque, *venenum pro medi-
camento bibit;* et miratur insuper, se id obseruatum
non vidisse in re tam liquida. Ego vero miror, non
aduertisse perspicaci ingenio Virum, nihil plane alio
verborum ordine opus esse. Meo quidem arbitratu
Koechl. Interpr. L. I.

D

com-

50 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

commodo haec species fangi poterit, credidisse bibere malum fernum venenum, bibisse autem medicamentum, quod datum erat loco veneni ab aliquo, qui consilium hominis petentis venenum suspicabatur *).

XI. Idem Vlpianus in L. 52. §. 3. D. Pro soc. ait: *Damna, quae imprudentibus accidunt, hoc est damna fatalia, socii non coguntur praefare.* Quis vero ita descriperit, inquit Bynkershoekius *Obseruat.* L. II. Cap. 10. *damna fatalia, quae imprudentibus accidunt?* Imo quae imprudentibus accidunt, si, ut par est, cum Ictis loquamur, accidunt culpa; et hanc praefat socius, L. 72. D. h. t. Legit itaque, *damna,*
quae

*^o) Haec scripsoram editione Verisimilium prima, cum, nam
enius postea Hub. Gr. van Vryhoff *Obseruationes Iuris
Civilis*, ab eo iam haud dissimili ratione locum explicari
deprehendi. *Nihil profecto emendasset Vir amplissimus*, inquit Vryhofius *Obseruat.* Cap. 2. *si obseruasset,*
hoc loco tantum agi de irritis conatibus seruorum,
qui se se interficiere voluerunt, sed eventu sunt defituti.
Addam vero de medicamento pro veneno dato Suetonii
locum Neronis Cap. 33. ut eadem opera, quae deprava-
tata sunt, castigentur. *Britannicum*, inquit, *non mi-*
nus aemulatione vocis, quae illi iucundior suppetebat,
quam metu, ne quandoque apud hominum gratiam
paterna memoria praeualeret, veneno aggressus est.
Quod acceptum a quadam Locusta, venenariorum in-
*dice, (venenorum artifice, legerim ex Tacito *Annal.**
XII. Cap. 66.) cum opinione tardius cederet, ventre
modo Britannici moto, arecessitam mulierem sua manu
verberauit, arguens, pro veneno remedium dedisse.

quae in prudentibus accidentunt. Et iam ante Bynkershoekium Hotomanus *Obseruation. Lib. IV. Cap. 16.* audacius suo more correxerat, *damna, quae prudentibus accidentunt.* Io. van de Water autem *Obseru. Iur. Rom. Lib. I. Cap. 6.* suspicabatur scriptum suisse, *damna, quae em prudentibus accidentunt, contracte pro etiam prudentibus.* Quarum emendationum, ut Plautus de mulieribus dixit, *nulla bona est, altera altera peior est.* Enimvero videntur Viri doctissimi elegantiā orationis inuidisse Vlpiano. *Damna, quae imprudentibus accidentunt,* vti iam dudum docuit Averanius *Interpretat. Iur. Lib. II. Cap. 26.* sunt *damna, quae nihil tale cogitantibus accidentunt, quae accidentunt praeter opinionem atque expectationem, quia prouideri ac praecaueri nequeunt.* Addam vnum alterumque dictio[n]is ex optimis Scriptoribus exemplum. Sic Nepos in *Datame Cap. 4.* *Itaque cum paucis, sed viris fortibus, nauem conscendit, existimat, id quod accidit, facilius se imprudentem parua manu oppressurum, quam paratum, quamuis magno exercitu.* Caesar *B. C. Lib. II. Cap. 3.* *Interim L. Nasidius, ab Cn. Pompeio cum classe nauium sedecim, in quibus paucae erant aeratae, L. Domitio Massiliensibusque subdicio missus, freto Siciliae, imprudente atque inopinante Curione, provehitur: appulsisque Messanam nauibus, atque inde propter repentinum terrorem principum ac senatus fuga facta, ex naualibus eorum unam deducit.* Propertius *Lib. I. Eleg. 20. v. 1. seqq.*

Hoc pro continuo te, Galle, monemus amore,

Id tibi ne vacuo defluat ex animo.

D 2

Saepe

52 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

*Saepe imprudenti fortuna occurrit amanti.
Crudelis Minyis dixerit Ascanius.*

Fortunam saepe sibi non cauenti amatori, et praeter opinionem aduersari atque infestam esse dicit. *Gratius Cyneget. v. 93. de venatore:*

— *Dissimulantibus armis
Saepe habet imprudens alieni lucra laboris.*

Et sic illud Virgilii *Georg. L. I. v. 373.*

— *Numquam imprudentibus imber
Obfuit;*

perperam item a Bynkershoekio, et similiter iam ante, quot latuit Virum egregium, ab Hotomano d. tentatum, recte accipit Aueranius. Nec aliter Ill. Heynius noster interpretatur, non facile imbre superuenire posse non ante prouidentibus; hoc est, ita ut non prouideant, moniti praeaglio aliquo.

XII. Finiam hoc caput interpretatione *L. 30. D.* *Pro soc. quae sumta est ex Pauli libro sexto ad Sabinum: Mucius, inquit, libro quarto decimo scribit, non posse societatem coiri, ut aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. Seruius in notatis Mucii ait, nec posse societatem ita contrahi. Neque enim lucrum intelligitur, nisi omni damno deductio: neque damnum, nisi omni lucro deductio. Sed potest coiri societas ita, ut eius lucris, quod reliquum iuris societate sit, omni damno deductio, pars alia feratur: et eius damni, quod similiter relinquatur, pars alia capiatur. Ita editur Florentiae. Vulgati vero Noricique libri sic habent,*

Serui-

Seruius in notis Mucii ait, non posse; nisi Haloander praeferat, Seruius etiam, et post paulo, neque enim lucrum intelligi, non omni damno deducio. Extra omnem autem dubitationis aleam est positum, si audias doctissimum in Academia Groningana Antecessorem, Io. Cannegieterum *Obseruat. Cap. 4.* mendasam esse huius legis scripturam. Et ille quidem emendandum censet, *Seruius in notatis Mucii ait haec, posse societatem ita contrahi;* et mox etiam legi manuult, *SET,* hoc est, *sed et, pro sed.* Aliorum Interpretum opiniones de sententia notae huius Seruianaee diligenter expensas leges in Iac. Voordae *Elector. Cap. 3.* Qui ipse Vir doctissimus eleganter, si quid foret mutandum hoc modo, elapsam in describendo voculam, Paulumque scripsisse, *Seruius in notatis Mucii ait, nec male, posse societatem ita contrahi,* suspicatur. Et eodem sensu eruditissimus Franequeranae Academiae ICtus, Herm. Cannegieterus *Obseru. Iur. Rom. Lib. I. Cap. 2.* voculae, *nec, substituit, recte,* dicentem Servium faciens, ita recte societatem contrahi posse. Contra vero Ill. Püttmannus noster *Interpretat. et Obseru. Iur. Cap. 18.* seruata lectione legis recepta, conuenisse putat inter Mucium Serviumque, non posse eamdem societatem et damnosam et lucrosam esse, atque modo illud reprehendisse Servium, quod supponeret Mucius, de facto, ut loquuntur, contrahiri eiusmodi societatem posse: Mucium enim dixisse, iure haud subsistere societatem ita contractam; Servium, non posse iniri, et ne fungi quidem ac concipi cogitatione posse: Iustinianum autem in §. 2. I. de Societ. non satis percepisse mentem Servii, et affinxisse ei sententiam,

54 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

tentiam, quam is palam repudiet. Evidem ingeniosam esse hanc politissimi Püttmanni interpretationem non inferior: atque eadem iam ante placuisse video Glossatoribus et Ant. Fabro in *Rational. ad d. L. 30.* Verum quo minus in eam sententiam ipse concedam, obstant mihi tum verba Mucii, *vt aliam damni, aliam lucri partem socius ferat*, tum quae in Institutionibus leguntur. Quis enim tam imperitos credat fuisse Institutionum architectos, *ut ex integris*, qui tunc extabant, Mucii Seruique libris non intelligerent, qua in parte dissenserint hi Icti? Quare perpendat, quaeſo, Lector ingeniosus, an nostra potius coniectura calculo albo notari mereatur. Meo quidem iudicio, si iungas nostram legem cum proxime praecedente Vlpiani, sensus exhibet commodissimus, et idem nihil prorsus discrepans ab his, quae in Institutionibus dixit Imperator. *Ita coiri societatem posse*, inquit Vlpianus, *ut nullius partem damni alter sentiat, lucrum vero commune sit*, Cassius putat. Quod ita demum valebit, *ut et Sabinus scribit*, *si tanti sit opera, quanti dampnum est*. Plerunque enim (hoc est interdum et persaepe) *tanta est industria socii, ut plus societati conferat*, quam pecunia: item, (*id est*, habent libri Vulgati; sed, *quid enim, τι γέγενε*, quod est apud Scholiaſten Βαριλιων Tom. II. p. 29. C. procul dubio scriptis Vlpianus, et interrogationis notam adscribendum in fine periodi) *si solus nauiget, si solus peregrinetur, periculo subeat* (sic scribendum omnino cum Florentino Vulgatisque exemplaribus; non, *pericula subeat*, cum Haloandro; nec, *periculum subeat*, cum Salmasio *Obseru. Iur. Att. et Rom. Cap. 5.* in Heineccii *Iurispr.*

rispr. R. et A. Tom. I. p. 175. Eadem enim licuit structura Nostro dicere *periculo subeat*, qua Cicero dixit *subire inuidiae, subire labori* Tibullus, *subire toro* Propertius, *muro subibant* Virgilius: quod docebunt exempla requirentem Bern. Henr. Reinoldus *Vavior. Cap. 10. et Thesaurus L. L. Gesneri*) solus. *Aristo refert, Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiret: et hanc societatem leoninam solitum appellere.* *Et nos consentimus, talem societatem nullam* (hoc est iure improbatam) *esse: ut alter lucrum sentiret; alter vero nullum lucrum, sed damnum sentiret.* *Iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damnum, non etiam lucrum speget.* Hic quod ait, *lucrum speget, est pro expedit, ut Vulgata legit, quod in Ge- baueriana non est annotatum.* Eo enim sensu etiam Seneca Tragicus vtitur vocem *Herc. fur. v. 156.* ubi haec sunt verba:

— *Carbasa ventis*
Credit dubius nauita vitae,
Laxos aura complente sinus.
Hic exefis pendens scopulis,
Aut deceptos instruit hamos;
Aut suspensus spectat pressa
Praemia dextra: sentit tremulum
Linea pistem.

Nam quod ibi vim vocabuli non capiens I. Fr. Gronovius malit, *sperat, pro speget,* cum Frid. Besselio in edito ex schedis illis manuscriptis, quas alibi laudamus, *Miscellaneor. Philolog. Critic. Syntagm. Cap. 5. p. 39.*

56. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

neque nos probamus. Et de equis Plutonis Claudia-nus *Libro I. de Rapt. v. 285. seq.*

*Stabant ante fores iuncti, saeumque fremebant
Crasina veniurae spectantes gaudia praedae.*

Vbi sine causa etiam Gesnerus suspicabatur dedisse Poëtam, *expeditantes*. Et ita apud Plinium *Paneg. Cap. 35. Sed speditant paria praemio domna, censeo legen-dum*, cum hoc deprehenderit ipse, qui *expeditant* edi-dit, in scriptis editisque exemplaribus priscis, quae euoluit, C. G. Schwarzius. Nec dubito, quin et Velleius exquisitus putarit simplex verbum *Lib. II. Cap. 35. Ille senatus dies, quo haec acta sunt, virtutem M. Catonis, iam multis in rebus conspicuam atque prae-zentem, altissime luminauit*. Vbi editur, *in altissi-mo luminauit*, ex unico illo, qui Velleium conseruavit, MSto Murbacensi, conieceratque Beatus Rhena-nus, *altissime illuminauit*. Sed vide de ista verbi sim-plicis virtute apud Cyprianum differentem I. Fr. Gronouium *Obseru. Eccles. Cap. 3. p. 30. et quae attulit Gesnerus in Thesauro L. L. Tom. III. p. 141. Sic et vertere dixerunt pro euertere. Virgilius Aenid. I. v. 20 seq.*

*Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.*

Item *Lib. X. v. 88.*

*Nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
Conamur?*

Lucretius, quem sequitur,

— *Hunc vincula amicitiae*

Rumpere, et in summa pietatem euertere fundo,

dixe-

dixerat, *Lib. III. v. 84.* si modo nec is scripserit, *vertere fundo.* Et ut alia mittam, in A. Sabini Epist. I. v. 99. *versae post funera Troiae,* est pro euerse. Pro auertere posuit Valerius Flaccus *Lib. II. v. 572.*

— *Priami sed quis iam vertere regnis
Fata queat?*

Et ita et Manilius dixit *Astronom. Lib. V. v. 328. seq.*

*Ille dabit cantus inter coniuua dulces,
Mulcebitque sono Bacchum, noctisque tenebit.*

Id est detinebit. Frustra enim illic loci, N. Heinrich etiam ad Ponticor. Ouid. L. IV. El. 10. v. 67. iudicis, Ios. Scaliger, quem alii secuti, contra libros dedit, *noctisque tenebris,* ut esset *sono noctisque tenebris* εν δια δνον, sono nocturno. Propertius etiam *Lib. IV. Eleg. II. v. 29. seq.*

*Si cui fama fuit per auita tropaea decori
Versa Numantinos regna loquuntur avos.*

Id est euersa. Sic enim legendum oīzino videtur pro eo, quod edebatur olim, *Vera,* et quod hodie est, *Afra,* de coniectura Scaligeri, cum Lipsio *Lib. IV. Antiquar. Lection. Cap. I.* cumque Franz. Puccio et M. Ant. Poccho, quos coniecturam istam Propertianu loco apposuisse notat Elegiae huius Propertii ultimae in codice Burmanniano Editor, Laur. Santenius V. C. in *Addend. p. 957.* Ad Scipionem enim Aemilianum, qui Numantium euerit, Cornelia referebat genus. Obiter alii quoque vexatissimo pulcerrimi eiusdem Corneliae Epicedii loco salutarem admoueamus manum v. 67. *seqq.*

58 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

*Filia, tu specimen censurae nata paternae,
Fac teneas unum, nos imitata, virum.
Et serie fulcite genus. Mihī cymba volenti
Solutur, audiūris post mea fata malis.*

Vt apertissimus sensus sit, ita omnino legendum esse censeo, quod vulgatur nullo sensu, *audiūris tot mea fata malis*, et tentatur varie a doctissimis Interpretibus. *Audiūris autem accipendum παθητικῶς*. Sic est apud Sallustium Oratione Philippi *L. i. Histor. p. 947. Cort.* Ceterum illi, qui gentis Aemiliae beneficia extollebant, et ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse, nurquam etiam tum Lepidum progressum aiebant: cum priuata arma opprimundae libertatis cepisset, sibi quisque opes aut patrocinia quaerendo, consilium publicum corruperunt. Sic quoque Cato in Originibus dixerat, teste Gellio *L. XVIII. Cap. 12.* Eodem conueniae complures ex agro accepta vere. *Eo res eorum auxit.* Et Propertium quidem, (vt illuc, vnde abii, redeam) nescio qua elegantiae opinione, simplicibus saepe verbis usum pro compositis, et contra compositis pro simplicibus, notauit eruditus Lipsius *Variarum Lett. Lib. III. Cap. 7.* Sic enim *señari* dixit, pro insectari, *L. II. El. 7. v. 81.* et testor te, pro detestor et accuso te, libri eiusdem *El. 13. v. 25.* Item eadem Elegia *v. 16.* *Iuppiter, indignum merce puella perit, pro deperit et perdite amat**).

Item-

*) Et ita est in Epigrammate veteri *Tom. II. Anthol. Lat. p. 122.*

Quam periere homines, quam periere Dei.

Vt

Itemque cedat, pro concedat, vt optime, me quidem
iudice, exposuit Lipsius, Lib. I. El. 9. v. 25. seq.

*Quippe ubi non liceat vacuos seducere ocellos,
Nec vigilare alio nomine cedat amor.*

Et contra iuncto usus est verbo, vbi simplici poterat,
venustus illo et sano per omnia, vt euidem arbitror,
loco Lib. I. Eleg. 4. v. 25. et seqq.

*Non ullo grauius tentatur Cynthia damno,
Quam sibi cum rapto cessat amore Deus.
Praecipue nostri. Maneat sic semper, adoro:
Nec quicquam ex illa, quod querar, intueniam.*

Adoro enim, exemplo Virgiliano L. X. Aen. v. 677.
quod et monuit P. Burmannus Secundus, positum est
pro simplici oro. Atque hinc emendandus locus, nisi
valde me fallo, huius rei ignoratione depravatus Lib.
I. Eleg. 7. quae ad Ponticum est scripta, heroo car-
mine clarum Poëtam, et pristo contendentem Homero,
v. 15. seqq.

*Te quoque si certo Puer hic concusserit arcu,
Quod nolim nostros euoluissē Deos:
Longe castra tibi, longe miser agmina septem
Flebis in aeterno surda incere situ:
Et frustra cupies mollem componere versum,
Nec tibi subiicit carmina saeuus Amor.*

Ita versus isti constituendi. Antea legebatur ibi, euio-
lasse, quod exponebant per violenter effecisse: nunc
cum MSS. et de sententia Ios. Scaligeri editur, euoluissē,
et

Vt quidem scribendum reor pro petiere, vbi P. Burman-
nus Minor, qua perierte, putabat corrigendum.

60 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

et exponit Broukhufius, nolim iam praeterierit fatum illud, quod te amare iubet; quod vel mens respuit Poëtae, licet Gesneri etiam assensum meruerit *Thes. L. L. Tom. II. p. 434.* P. Burmannus autem Secundus in adscripta annotatione subscrabit diuinanti N. Heinso,

Quam noles nostros heu violasse Deos!

At iam Guil. Canterus, cuius nec meminisse miror Burmannum, volebat, *euauisse*, id est efficere potuisse, vti monuit Lipsius in *Antiquis Lib. IV. Cap. 11.* qui ipse censuerat scribendum, *heu voluisse*, vt et Ier. Marklandus coniecerat, indice eodem Burmanno, si modo corrigas, (vt obiter hac de re Lectores admoneam) quod non recte expressum est in Burmanniana editione p. 76. et peius etiam correctum in *Addendis p. 927.* Sed redeamus ex hoc diuerticulo ad Vlpianum. *Mucius*, inquit, *libro quarto decimo scribit, non posse societatem coiri, ut aliam damni, aliam lucri partem socius ferat.* Quibus verbis nil: il aliud videtur significari, quam aequas esse debere damni et lucri in quavis societate partes, atque eos tantum vero socios esse, quos inter res omnes ex aequo communicentur. Et quidem controversiam fuisse agitatam olim inter ICTos, an valeat talis societas, vt alter pecuniam conferat, et alter operam, probatur ex *L. i. C. Pro soc. vbi Diocletianus et Maximianus Augusti, societatem, uno pecuniam conferente, alio operam, posse contrahi, magis obtinuisse*, affirmant: itemque ex §. 2. I. h. t. cum Iustinianus: *Nam et ita coiri posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, et alter non conferat,*

ferat, et tamen lucrum inter eos commune sit. Qua de re adeantur etiam, quae notat Schultingius ad Gaii Inst. Lib. II. Tit. 9. §. 16. Seruius, inquit Domitius, in notatis Mucii ait, nec posse societatem ita contrahi. Id est, ut ego arbitror: Seruius et ipse idem ait, quod in priore lege Vlpianus, talem societatem coiri non posse, ut alter lucrum, alter damnum tantum sentiat. Neque enim lucrum, inquit, intelligitur, nisi omni damno deducio: neque damnum, nisi omni lucro deducio. Sed potest coiri (et hoc quidem asserit contra Mucium) societas ita, ut eius lucri, quod reliquum in societate sit, omni damno deducio, pars alia feratur: et eius damni, quod similiter relinquatur, pars alia capiatur. Et hoc est, quod et Iustinianus ait §. 2. I. de Societ. Seruius Sulpitius, cuius sententia praeualuit, contra sensit: quia saepe quorundam ita pretiosa est opera in societate, ut eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Haec itaque mea est de L. 30. D. Pro soc. sententia opinio, quae, simul atque quis meliora dederit, litarum debet. Equidem non diffiteor, luculentius exponi potuisse Mucii ac Seruii dissensum: verum ea, opinor, est Triboniani culpa, qui hoc loco non omnia, quae Paulus ea de re tradiderat, descripsit.

CAPVT

C A P V T VI.

Glossae Nomicae saepius corriguntur et explicantur. Emendantur Psellus, Theophilus, Hesychius.

Sdepositis nunc paulisper veterum ICtorum fragmenis, quod deprehensum a nobis est mendarum in Glossario Nomico, superioris seculi initio primum a Car. Labbeo e Codicibus Parisinis edito, proferamus. Legenti quippe nuper elegantem V. C. Petr. Lucr. Struchtmeyeri *Epistolam in Glossas Nomicas Criticam*, et eodem tempore tam ipsum Glossarium, quam Theophilii Institutionum Paraphrasin, ex qua bonam partem ductae sunt veteres verborum iuris explications, et Basilica multa versanti manu, natum hoc quicquid est emendationum, oculis iam tuis et iudicio, mi Lector, subiectum.

Αβολίτιο. ἀγωγή, πατηγοῖς ἀποτεθέσης απαιλεῖ. Vocem futilem, ἀγωγή, non habet Brisonius de *Verb. Signif.* in voc. *Abolitio*, applaudente Schultingio. Doctissimus Struchtmeyerus vice eius, ἥγεν ή putabat legendum: mihi præplaceret, ἄλλως ή: præcesserat enim alia Glossa eamdem vocem explanans, Αβολιτιον. ἥγεν ἀπαιλεῖφή πατηγοῖς προσγενομένης, ut rectius habet Brisonii Codex pro προσγενομένης. Αδελτέρις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγύστου ἐκτεθεὶς μὲν, ὅπο δὲ τῷ Ιελίᾳ νόμῳ Φυλατζόμενος. κανεὶ δὲ περὶ μοιχείας καὶ σρόπις. καὶ ή μὲν μοιχεία ἐσὶν ἐπὶ τῶν γαμεμένων,

νων, τὸ δὲ σρόπτον ἐπὶ παρθένων, καὶ χήρων, καὶ παιδῶν αἰցένων πινεῖται. Ἀδελτερὸς δὲ ὀνόμασαὶ ἐκ τῆς παραχαράττειν. Priora (si modo vitium non sit Authoris, et descripsit illa verba, ἀπὸ δὲ τῆς Ἰελίας νόμος Φυλαττόμενος, sed quae seruatur ex lege Iulia, ex L. 2. pr. D. ad L. Iul. de adult.) emendauit ingeniose praestantissimus Schultingius, nisi quod tamen in ipso initio corrigere neglexit, Ἀδελτέριος, i. e. de Adulteriis, ut scribere solent Glossographi. Posteriora varie corrigere tentarunt Viri doctissimi, Corn. Siebenius ad Pselli Synops. Legum v. 407. in Thes. Iur. Meermann. Tom. I. p. 82. Matth. Röuerus Specim. Obseruat. et Emend. ad Gloss. Nom. adiecto Fragmento Vet. ICti de Iur. Specieb. et de Manumiss. p. 47. et denique Diff. ad loca quaed. Iur. et alia deprau. Cap. 2. quae Thes. Dissertat. Belgicar. Vol. I. Tom. III. est inserta, Gisb. Koenius. Mihi totus locus sic consituendus videtur: Ἀδελτέριος δὲ νόμος, ὃντὸς Αὐγύστῳ ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἰελίας νόμος Φυλαττόμενος. πινεῖται δὲ περὶ μοιχείας καὶ σρόπτης. καὶ οὐ μὲν μοιχεία ἐπὶ τῶν γεγαμημένων, τὸ δὲ σρόπτον ἐπὶ παρθένων, καὶ χήρων, καὶ παιδῶν αἰցένων. Ἀδελτερὸς δὲ ὀνόμασαὶ ἐκ τῆς παραχαράττειν.

Ἀδπραστιώμ παρτικιπάνδημ. ἔαυτὸν ἡνέσχετο πρασθῆναι. Descripta haec sunt ex Theophilo §. 4. I. de Iur. pers. imperitia credo libraii, qui posteriora verba Graeca Latinorum interpretationem continere existimabat. Pro Graecis autem, ἐπὶ τῷ μεγίσταδαι τὸ τίμημα, quae in Reitzii editione apud Theophilum leguntur, hanc ipsam ob glossam recte puto dedisse F. brotum

64. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

brotum Latina, ad pretium participandum. Πραε-
τις pro pretium, scriptura nec Graecis Pandectarum
Florentinarum descriptoribus infrequenti.

Ἄεδεσθέντες. σύντινε τὰς ναὸς ἀσφαλίζονται. Ca-
put, quo truncata est glossa, reddam ex Theophilo §.
2. I. de Tutel. Ἀεδίτεοι λέγονται οἱ ιερεῖς, καὶ ἄεδε-
τέντες, σύντινε τὰς ναὸς ἀσφαλίζονται.

Ἀκεπίσε. δέξαθαι. Cl. Struchtmeyerus legi vo-
lebat ακεπίσε. Sine causa: nam ακεπίσε est accepisse,
Sic promiscue ἀκεπίσεων scribitur et ἀκεπίσεων, et γεκ-
άριος ac γεκεπάριος, atque id genus plura.

Ἀκερτιλαστίονες ἔρευνα. Multum sudarunt prea-
stantissimi Viti, Schultingius, Röverus, Struchtmeyer-
us, ad hunc locum. Mea est suspicio, librarium ali-
quem lacunae isti, Ἀκεπτιλαστίων. ἐπερώτησις, εὐκ-
νητή παταβόλη. ἐμπινεύεται δὲ in margine exem-
pli sui apposuisse hanc notam, Ἀκεπτιλαστίονα ἔρευ-
να, quo explaret aliquando ex integriori Codice.

Ἀκεπτιλαστίων. αποδέχομαι, απρόσδειλον ἥγε-
μαι. Omnino, si quid video, legendum, tametsi pau-
lo maior est mutatio, Ἀκεπτίλαστίτευμα. (hoc etenim
est, acceptum habeo; non ἀκεπτίλαστίτευμα, ut scriben-
dum suspicabatur V. C. Petr. Bondam *Animaduersion.*
ad loca quaed. Iur. Ciu. depraui. Cap. 6. Thes. Nou.
Dissertat. Belgicar. Vol. II. Tom. II. p. 198.) αποδέχο-
μαι, εὐπρόσδειλον ἥγεμαι. Centies confunduntur α
et ει in codicibus Graecis. Sic apud mellitissimum
Alciphronem *Lib. III. Epist. 56.* pulcre nuper vidit po-
litissimus Iac. Ph. Wakkerus *Amoenitat. Liter. Cap. 4.*
legena-

legendum esse εύμηχάνως, pro ἀμηχάνως. Infra,
Βοναγράτια. ἄνευ μέμψεως καὶ αἵτιας ἐυλόγη, legen-
dum putet aliquis, καὶ αἵτιας ἀλόγη: ego malim, καὶ
αἵτιας εὐλόγη.

¹Ακεῖταινὴ ἐκ τῆς ἀγωγῆ etc. In hac glossa,
quam variis exemptam mendis dedere Schultingius et
Struchtmeyerus, remansit unica in oculos nemini non
occurrentis, διὰ τῆς ἀκεπίλατίους, vice διὰ τῆς ἀκε-
πίλατίους.

¹Ακεῖταιν. προσπορίζονται. ²Ακεῖταιν. προσπο-
ρίζονται. Legendum crediderim, ³Ακεῖταιν. προσ-
πορίζεται. ⁴Ακεῖρενται. προσπορίζονται.

¹Αμβητος. ἀγωγὴ ή κατὰ τῶν φθερόντων τὰς
κείσεις καὶ τὸ δίκαιον. Cl. Struchtmeyerus tentat,
²Αμβητος, ήγεν ὁ κατὰ etc. Ego malo duplarem
agnoscere Gloslographi errorem: unum, quod Legem
Juliam de ambitu vocat actionem; alterum, quod ad
ambitum retulit, quae ad repetundarum potius crimen
pertinent. Recte vero Michael Psellus *Synops. Leg.*
v. 486.

¹Αμβίτει, νόμος πειθαρίκος κινώμενος πρὸς παντὸς,
Οὐκ ἔτι δὲ κεφαλικὸς, καὶ αἱτιμῆ τελεῖως.
Κινέται δὲ τις τὴν ἀρχὴν χερήματιν ἀγοράσσει.
Sic enim iste locus, me iudice, scribendus.

¹Ασπέδ. ὀπότε. Monstrosa sane glossa. Cl.
Struchtmeyeri suspicio, Κεάνδο. ὀπότε, nūnūm abit
a literis. Propius ad veteris scripturae labem erit,
²Αποηδ. ἀπέιη. Et infra est glossa, ³Αυσηδ. ἀπέιη.
Koehl. *Interpr. L. I.* E Auto-

66 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Αὐτομόλος ἐσὶν εἰ μόνον δὲ ἐν καιρῷ πολέμῳ πρὸς τὴς ἔχθρες ἀπελθὼν, ἀλλὰ καὶ δὲ ἐν καιρῷ τῶν ἀνακωχῶν πρὸς ἔθνος μὴ ἔχον πρὸς ἡμᾶς φιλίαν ἀπελθὼν, ητοι ἀποφυγών. Omnino castigandum videtur, δὲ ἐν καιρῷ τῶν ἀνακωχῶν, οὐ πρὸς τὴς μὴ ἔχοντας, aut certe, οὐ πρὸς ἔθνος τι μὴ ἔχον, πρὸς ἡμᾶς φιλίαν ἀπελθὼν, ητοι ἀποφυγών. Emendandum vero aio ipsum etiam Paulum, quem vertit Glossographus, in L. 19. §. 8. D. de Capt. et de Postlim. hoc modo: *Transfuga non solum is accipiendus est, qui ad hostes in bello transfugit, sed et qui per induciarum tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide-suscepta, id est, dum se in fidem atque clientelam gentis alicuius confert, transfugit.* Nunc ibi mendose est in libris vulgatis omnibus, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit: nec Haloandrinis credendum codicibus, qui statim, *per induciarum tempus ad eos, praeserunt, exclusa particula.* Atque ita hoc quidem loco erratum crediderim non ab auctore glossae in Pauli verbis Graece reddendis, quae sententia erat doctissimi Gebaueri in Diff. XVI. ad Taciti German. quae est de Iudic. capital. vet. Germ. §. 3. p. 637. sed corruptelae auctorem suisse librarium.

Bία ἐσὶ μεγάλε πράγματος ἀπέλευσις, οὐ δὲ δύναται τις ἀποβεῖσθαι. Verba sunt L. 2. D. Quod met. ean. quae sic legenda, ut Basilici exhibent Tom. I. p. 583. A. Bία ἐσὶ μεγάλε πράγματος ἀπέλευσις, οὐ δύναται τις tamen, si quis malit, potest servari.

B)

Βὶ βονόρεμ ἔαπτόρεμ. ἥγεν ἡ περὶ τῶν κινητῶν πρεαγμάτων βιαίως ἀγωγή. Omnino scribendum, η περὶ τῶν κινητῶν πρεαγμάτων βιαίας ἀερπαγῆς ἀγωγή. Et ita habet Mich. Psellus *Synopsi Leg. v. ii.*

— Βὶ βονόρεμ ἔαπτόρεμ,

[“]Ητις βιαίαν ἀερπαγήν πρεαγμάτων ἐρμηνεύει.

Βονόρεμ ποστεσσόρις. ἥγεν ἀγαθὸν δικαιάταχον.
Lege, Βονόρεμ ποστεσσόρες. ἥγεν ἀγαθὰν δικαιάτοχοι.

‘Η Δεδότης — καὶ σφίκτα ἦν. ὁμοίως δὲ τῇ βέρῃ ἦν. Restitue Glossographo, quod præbet Brissoniūs de V. S. in v. *Dos*, καὶ σφίκτα ἦν, ὁμοίως καὶ τῇ βέρῃοις ἦν.

Τῇ τῆς Δετῆγνος πρεσπηγοίᾳ πᾶσα ὑλη σημαίνεται, δι’ ὃν οἰκοδομεῖν οἷον τε χώρα, καὶ ταῦτη τῇ ἀγωγῇ, ὅτε ἀλλοτρίᾳ ὑλαι βληθῶν εἰς οἰκοδομὴν. Summa sunt haec e Theophilo §. 29. I. de R. D. et totus locus, meo quidem animo, sic est reformandus: Δετῆγνος. τῇ τῇ τίγνος πρεσπηγοίᾳ πᾶσα ὑλη σημαίνεται, δι’ ἣς οἰκοδομεῖν οἷον τε. καὶ χώρα ταῦτη τῇ ἀγωγῇ, etc.

Δικάπιον. δικέφαλον. Cl. Struchtmeyerus legi iubet, Δικράēs. δικέφαλον. Ego minori malim mutatione, Δικάπιτες. δικέφαλοι. Glossæ Latinae: Bi-capites. δικέφαλοι.

‘Η ἔξεμπλος. In hac glossa versu secundo non dum correctum est ἀγρεᾶς in ἀγρεσίας, nec versu 14. ἀλλ’ ἡ καθεῖς in ἀλλὰ καθεῖς.

Ἐξερεδατζίον. ἀκληρος ἔξω. Locus insigne repraevatus. ^{‘Η}Ξερεδάτος ἔξω, vel ἔτζο, legi volebat

E a erudi-

68 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

eruditissimus Röuerus. Ego restituendum opinor, Ἐξερεδατζίονος. ἀποκηρύξεως. Sic in *Nou. I. Cap. i.* §. 4. vice eius, quod Scrimgerus praefert, exhereditationis, scribitque Haloander, ut solet, Graecis literis ἐξερεδατζίονος, *Basilica Tom. V. p. 466. B.* habent ἀποκηρύξεως.

Ἐξερεκτῳ λέγεται κυρίως τῆς νηὸς ὁ ναυκληρὸς, ήγγυ ὁ πιστὸς, πρὸς ὃν ὁ καθημερινὸς πόρος τῆς νηὸς ἀνατρέχει, καὶ πάσαν ἐπιμέλειαν τῇ πλοΐᾳ ἐπιτρέπεις. Clariss. Adr. van Dorp in *Obseruat. ad loca quaedam Iuris et alia Cap. 3. Thes. Dissertation. Belgicar. Vol. I. Tom. III. p. 40.* legendum censebat, ὁ κύριος τῆς νηὸς. Cui non consentio. Mihi videtur non nisi comminate interposito opus, ut sensus sit integer: Ἐξερεκτῳ λέγεται κυρίως τῆς νηὸς, ὁ ναυκληρός. Dicitur enim et cauponae, et stabuli exercitor, ut docet *L.5. §. vii. D. de O. et A.* Mox quoque πιστὸς, quod Schultingio mendi erat suspectum, bene habet. Πιστὸς enim ille est, cuius fidei rei alicuius cura committitur; et sic appellari imprimis solet, cui nauis cura est demandata. *Basilicorum Scholiales Tom. VI. p. 645. C.* Πιστὸς ἐσιν, inquit, ὁ πᾶσαν ἐπιμέλειαν τῇ πλοΐᾳ ἐπιτρέπεις. Plura de voce vide sis apud Ducangium *Glossar. utroque.*

Ἐξερεαρδίνεμ. ἔξω τῶν πεπαγμένων, ἢ τὴν παρὰ τῷ δικαζῷ τυπωθεῖσαν τιμωρίαν. Vitium, in oculos nemini non incurrens nondum correctum miror. Sine dubio legendum, ἔξω τῶν τεταγμένων. Intelliguntur crima extraordinaria. De quibus et haec glossa paulo inferius loquitur: Ἐξερεαρδίνως. ἔξω τῶν τεταγμένων, ἢ τῶν νόμων. Itemque alia, quae nostram

stram non longe antecedit: Ἐξεραορδινέμι κόλασις ἡ
ὑπὸ τῇ δικαιῷ τυπωθησομένη. Et Iustinianus *Conſt.*
Δέδωκεν §. 8. in septima Digestorum parte recen-
ſuiffe ait delicta, οὐα τε ἐχὶ τεταγμένα προτονομά-
ζεσσιν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐξεραορδιναρίων αὐτοῖς ἐπιτιθέα-
σιν ἐπωνυμίαν. Atque hinc redintegranda nobis etiam
alia est glosſa, in qua emendanda et explicanda mi-
rum in modum se torferant Viri eruditii: Ἐκτράνως
δωρεγμένω. τὸ ἔξω Ῥωμαίων. Ego Glosographum
ſufpicor ſcripſiſſe, Ἐκτραορδίνως τιμωρέμενον. τὸ ἔξω
νόμων.

Ἐξπρόνοις μίτζει τῇ ἰσλίπτερι. ἥγεν ἐκ τῆς συν-
θήκης ὄφελω τῶν οἰκείων γραμμάτων. Non repetam,
ne longum faciam, doctorum hominum, qui operam
hic plurimi posuerunt, coniecuturas. Mihi dubitan-
dum non videtur, quin locus misere a Graecis librariis
deprauatus hoc modo legendus sit: Ἐξ προμίσσις
μίθι τῇς λίττερι; ἥγεν ἐκ τῆς συνθήκης ὄφελω τῶν
οἰκείων γραμμάτων. Sunt autem Latina iſla credito-
ris verba in literarum obligatione follennia, Graeca debi-
toris. Quod docebunt quemque, ut opinor, qui ani-
mum attendat, haec Theophili pr. I. de Lit. obl. vbi
hoc ipsum literarum obligationis exhibet exemplum,
verba: Ἡν δὲ ταῦτα τὰ ἔγματα, ἀτινα καὶ ἐλέγετο,
καὶ ἐνεργάφετο· τὰς ἑπατὸν χρυσᾶς, θεὶς ἐμοὶ ἐξ αἰτίας
μισθώσεως χρεωτεῖς, σὺ ἐκ συνθήκης, καὶ ὁμολογίας
δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων; (hoc est, quod extulit
Latine Glosographus, Ex promiſſis mihi tuis litteris?)
Εἴτα ἐνεργάφετο ὡς ἀπὸ τῇ ἐνόχῃ ἥδη γενομένῃ ἐκ
τῆς μισθώσεως ταῦτα τὰ ἔγματα· ἐκ τῆς συνθήκης
ὄφελω τῶν οἰκείων γραμμάτων. Pro Graecis autem

70. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

istis, τὰς ἑισατὸν χρυσᾶς, τὸς ἐμοὶ ἐξ αἰτίας μισθώσεως
χρεωσάς, σὺ ἐν συνθήκης νοյ ὄμολογίας δάσεις τῶν
οἰκείων γραμμάτων; Fabrotus quidem et Pithoeanus
Codex Latinam habent formulam, *Centum aureos,*
quos mihi ex causa locationis debes, expensos tibi tuli?
Et post paulo pro ἐν τῆς συνθήκης ὀφείλω τῶν οἰκείων
γραμμάτων, similiter, *Expensos mihi tuliſti.* Verum
si probes, quam supra proposuimus, leuissimam glof-
sae nostrae mutationem, tuebitur et ipsa veterem apud
Theophilum scripturam. Quod miror non animad-
vertisse Cl. Struchtmeyerum, qui ex ipso illo Theo-
philii loco, probata Fabroti lectione, resingit, *Ἐξπέν-
σος μῆι τελίσι.* Ego vero et Latinam istam formu-
lam Theophilum suspicor dictasse discipulis, eamque
deinceps alium Graece vertisse, et ex male redditis li-
teris hisce singularibus, *EX P. M. TV. LI.* enatam
esse Fabroti ac Pithoeani Codicis scripturam.

Οἱ Ἐυνέχοις τρεισσῶς λέγονται. οἱ μὲν καλεῖται
σπάδονες, οἵτινες διὰ πάθος ἢ φύξιν ἐνόχλησαν τοῖς
γονίμοις μορίοις παιδόποιεν καλύνται. οἱ δὲ θλιβίαι,
οἵτινες ὑπὸ τῆς τροφῆς, ἢ τῆς μητρὸς τυχὸν, ἐκθλιψιν
τοῖς διδύμοις ὑπέσησαν. οἱ δὲ καρπάτοι, οἱς γέγονεν
ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων. Ut editum habemus a
Labbeo et Schultingio, ita scriptum etiam fuit in Glos-
fario, quod erat Brissonio ad manus *Libro de Verb.
Signif.* in voc. *Eunuchus.* Sed vera procul dubio
lectione est, διά τι πάθος ἢ φύξιν ἐνόχλησασαν τοῖς γο-
νίμοις μορίοις, et mox, ἐκθλιψιν τῶν διδύμων ὑπέση-
σαν. Atque hoc modo legitur apud Theophilum §.
9. I. de Adopt. et in Basilicis Tom. IV. p. 762. A.
item-

itemque apud Harmenopulum Προχείρως Lib. II. Tit.
8. §. 2.

"Εφεσις λέγεται ή ἔκκλητος. Scribendum omnino,
ή ἔκκλητος: quod et correxerat iam, vt nuper demum
vidi, Celeb. Ruhnkenius ad Graecor. Commentar. in
Tit. D. et C. de Poſtul. Thesaur. Iur. Meermann.
Tom. III. p. 23. Ac ſaepius iſtas voces, vt videri po-
tent ex Reitzii Glosſario Theophilino, confudere librařii.
Harpocration: "Εφεſις. ή ἐξ ἑτέρων διατιθείσις εἰς ἑτε-
ρον μεταγωγή. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἔκκλητος καλέσται.
Apud Hesychium etiam hodie editur, "Εφεſις. ἔκκλη-
σις. Sed Lexicographus, credo, reliquerat, "Εφεſις.
ἔκκλητος.

C A P V T VII.

*Reliquae ad Glossarium Nomicum castigatio-
nes. Nonius correctus, et animaduersio
ad Suidam.*

Exorsam nobis in Glossario Nomico telam hoc capite detexemus.

Ἡ ποντραδύη ποπατεῖον. τῆς διατυπώσεως. Cl. Struchtmeyerus reformandum censet, Κόνδρα ποντρα-
τίον. κατὰ τῆς διατυπώσεως. Nobis veri videtur similior Schultingii conjectura, Ἡ πόντρα νεγκοπα-
τίων, ut intelligatur bonorum possessio contra nuncupationem. At interpretatio adiecta manca procul dubio est et corrupta. Nec dubito, quin scripsit
Glossographus, τῆς διαθήκης ἐναντίωσεως.

Ἐν γέμι βεκτιγάλιαι — καὶ σπερφιτζιάριος μὲν
ἔστιν ὁ ἔχων σίκημα ἐν ἀλλοτρίῳ ἑδάφει, καὶ σπερ φίδω-
σιν ἐμφύτευμα, λέγεται σπερφιτζιον· σπερφιτζιον
γάρ τὸ ὑπερῶν. Sumta videtur haec glossa ex L. 74.
D. de R. V. vbi Paulus superficiarium eum esse scribit,
qui in alieno solo superficiem ita habeat, ut certam
pensionem praeflet. Legit autem Cl. Struchtmeyerus
deleta voce, aliisque duabus adscriptis, καὶ σπερ φίδω-
σιν ὑπὲρ αὐτᾶς, ἐμφύτευμα λέγεται· σπερφιτζιον
γάρ τὸ ὑπερῶν. Quod non probo: nam eadem ver-
ba infra repetuntur in Σπερφιτζιάριος. Posset quidem
minimo motu etiam legi, ἐμφύτευμα λέγεται σπερ-
φιτζιον.

φιτζίε. Sed neque hoc opus, et possunt vocabulo adiectuo accepto iungi ἐμφύτευμα σεπεξφίτζιον.

Ιεδικάτη σελβι. ἥγεν ή ἀποκαταδίκης ἵκανοδοσία. Distinguit Cl. Struchtmeyerus, ή ἀπὸ καταδίκης ἵκανοδοσία. Non male. Ego autem puto Glossographum scripsisse, vt in Basilicis Tom. I. p. 56. B. cautio iudicatum solui exponitur: Ιεδικάτημ σελβι. ἥγεν ή περὶ τῆς ἀποκληρώσεως τῆς καταδίκης ἵκανοδοσία.

Κερδόπη. διαφθορὰ τῇ τῶν Σεβίνων Φωνῇ. Leo-
go, Κερδόπη. (aut, si maius, Κερδόπηιον) διαφθορὰ
τῇ τῶν Δατήνων Φωνῇ.

Κονθίκιον. ή εἰς τὸ Φανερὸν ὑβρις, καὶ ή βελή,
ἥτοι ἐκ τῶν πολλῶν συναγωγή. Meursius *Glossar. Gr.*
B. in Κονθίκιον interserit, καὶ Κόμβεντον. ή βελή.
Quod probabile, inquit Schultingius. Ego nihil mo-
vendum, et glossam ductam opinor ex *L. 15. §. 4. D.*
de Iniur. ubi Vlpianus: *Conuicium dicitur vel a con-*
citatione; vel a conuentu, hoc est, a collatione vocum.
Cum enim in unum complures voces conferuntur, con-
vicium appellatur, quasi connicium. Quorum loco
Basilica sic habent *Tom. VII. p. 46. D.* Εἰς δὲ ὄχλα-
γώγιον πολλῶν τινων σύνοδος, ὅτε πολλῶν τινων Φωναῖ
παρὰ τέσσερας τῆς πόλεως τριώπεις εἰς ταυτὸν συν-
τρέχεσσιν, εἰς φθόνον καὶ εἰς ἀτιμίαν τινός. Ex qua
versione patet, temere etiam hic *V. C. Herm. Canne-*
gieterum Observat. Iur. Rom. Lib. III. Cap. 9. dictio-
nem, conuentu, mutare in concentu. Itaque eo verbo
pro multitudine diuersarum vocum conueniente usus
est Phaedrus *Lib. I. Fab. 6. v. 5 et seq.*

74. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

*Clamorem ranae sustulere ad sidera:
Conuicio permotus quaerit Iuppiter
Causam querelae.*

Columella quoque Lib. X. v. 6. et seqq.

*Principio sedem numeroso praebeat horto
Pinguis ager, putres glebas, resolutaque terga
Qui gerit, et fossis graciles imitatur arenas:
Atque habilis natura soli, quae gramine laeto
Parturit, et rutilas ebuli creat vuida baccas.
Nam neque secca placet, nec quae stagnata palude
Perpetitur querulæ semper conuicia ranae.*

Et Cicero Lib. V. in Verrem Cap. II. Erant autem conuiuia non illo silentio praetorum populi Romani atque imperatorum, neque eo pudore, qui in magistratum conuiuui versari solet, sed cum maximo clamore atque conuicio. Et pro Sext. Cap. 55. Is, qui antea cantorum conuicio conciones celebrare suas solebat, cantorum ipsorum vocibus eiiciebat. Apud Nonium autem in Conniciu quod vulgo legitur corrupte, Conuicium dictum est quasi e vitiis locum, qui secundum ignobilitatem loci maledictis et dictis turpis cauilletur, corrigitque idem doctissimus Cannegieterus, dictum est quasi e vicis iocum, cum quis etc. ego sic emendandum censeo: Conuicium dictum est quasi e vicis locutum, (quod passiu accipio) cum quis secundum ignobilitatem loci maledictis et dictis turpis cauilletur. Adducere enim certe Nonius idem vocabuli etymon voluit, quod Verrius Flaccus, Conniciu, inquiens, a vicis, in quibus prius habitatum est, videtur dictum, vel immutata litera quasi conuocium.

Δαβεῖν.

Λαβέν. In hac glossa quo loco dicitur, ἐδοκεῖ
τις λαβέν, ὅπερ μέλει ἀποκαθίσας, scribo litera ad-
iecta, ὅπερ μέλει ἀποκαθίσαν, quod redditurus est.

Ἄτεμ σέαμ. κατ' αὐτὲς δίκην ἡγείρε. Repone,
Ἄτεμ σέαμ ἐποίησε. καθ' εἰαυτὲς δίκην ἡγείρε. Quae
verba Theophili pr. I. de Oblig. quae quasi ex del.
nascuntur.

Ἀτίλερις. ή ἐν γράμμασι. Ἀτίλερις ἐσὶ τὸ πα-
λαιὸν χρέος εἰς κανόνι μετατχηματίζομενον δύνεσον,
ἔγματι καὶ γράμμασι τυπιῶς. Vel τυπιῶ, inquit
Schultingius, quod praecepsit. Cl. Struchtmeyerum
contra si audias, reponendum ex Theophilo pr. I. de
Lit. oblig. ἔγματι καὶ γράμμασι τυπιῶς. Imo re-
situendum est omnino, ἔγματι καὶ γράμμασι τυπιῶ,
i. e. verbis et literis solennibus. Atque hoc vix dubi-
tes nostram ob glossam, quin reliquerit etiam Theophi-
lus, apud quem legebatur ita ante Fabrotum.

Ἀτρα. τὰ γράμμαστα τῆς συμφωνίας. ἐξ ὧν καὶ ή
Ἀτρα σίμου τῇ σαθμῇ. Addita voce legit Cl. Struchtmeyerus,
ἀντὶ τῇ σαθμῇ. Ego malum reiecto, quod
superfluit, ἐξ ὧν καὶ ή Ἀτρα ἐπὶ τῇ σαθμῇ.

Μαρδάτης ἀγωγή. ὅταν ἐγγυητής ἀποδῷ τὰ τὰ
περιτοτύπες κινήσας ἀγωγὴν κατὰ τέττας ἐπὶ ἀναλήψει,
ὧν ἀπέφλησεν ύπερ αὐτές. Idem hic tradere Glosso-
graphum, quod Theophilus §. 6. I. de Fideiifor, be-
ne vidit Cl. Struchtmeyerus. At in emendando quam
longissime aberrauit a vulgata scriptura Vir doctissimus.
Repono minima mutatione: Μαρδάτης ἀγωγή. ὅταν
ἐγγυητής ἀποδῷ τὸ (sic habet Codex Brissonii) τῇ περι-

τοτύ-

76 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

τοτύπε, κινήσει ἀγωγὴν κατὰ τέτε ἐπὶ ἀναλήψει,
ῶν ἐπώφλησεν ὑπέρ αὐτὲς. Quorum verborum haec
est sententia: *Mandati ab illo. Quando fideiussor sol-*
verit debitum rei principalis, mouebit actionem aduer-
sus hunc, ut recipiat, quorum debitum pro eo suscepit.

Μαγισρὸι λέγονται — οἱ διδάσκαλοι σιασθήποτε
τιμῆς. Imo τέχνης. *Magistri* vocantur doctores
cuiuslibet artis. Atque ita malim, quam cum G.
Koenio ex Basilicis Tom. I. p. 48. C. ἐπιτίμημα.

Μεμηνυμέναι ἔστι τὸ προσαγγελικέναι, τὸ ἐλέγχαι,
τὸ κατηγορῆσαι, τὸ συλλέχαι. Sine dubio scribendum
est προσαγγελικέναι, et συγελέγχαι.

Μόρτις καύσα καπίων. Θανάτες αἰτία λῆψις, ὅτε
σατελίζεται ἡ λεγατάριος δίδωσιν ἐπὶ ηλήφι αἴρεσεως
τῷ ηληφονόμῳ ἡ ἄλλω τινὶ, καὶ ὅτι λαμβάνεται τι ἐπὶ τῷ
παραιτήσασθαι ηληφονῷ ἡ λεγάτημ ἡ ἀδίτευσαν. Sum-
ta sunt haec non, vt Röverus ait, ex L. 8. pr. D. de
Mort. caus. don. sed ex L. 31. §. 2. D. eod. cuius extat
interpretatio Buxsilicōn Tom. VI. p. 239. D. atque
hunc in modum, meo quidem arbitratu, reformanda:
Μόρτις καύσα καπίων. Θανάτες αἰτία λῆψις, ὅτε σα-
τελίζεται ἡ λεγατάριος δίδωσιν ἐπὶ πληρώσει αἴρεσεως
τῷ ηληφονόμῳ, ἡ ἄλλω τινὶ, ἡ ὅτε λαμβάνεται τις ἐπὶ^{τῷ}
παραιτήσασθαι κλήφον ἡ λεγάτημ, ἡ ἀδίτευσα.

Νέξα. ἡ διὰ σώματος βλαβὴ, οἷον ηλοπή, ἀρπα-
γὴ, ζημία, ὑβρις. λέγεται αἱ.... αὐτὸ τὸ σῶμα τῷ
βλαβῆσαι. Schultingius ex §. 1. I. de Noxal. ab. cor-
rigendum coniicit, λέγεται καὶ αὐτὸ, vel etiam omī-
fo καὶ, aut supplendum denique, λέγεται καὶ νέξα
αὐτὸ

αὐτὸν τὸ σῶμα τὸ βλάψαν. Imo ex hoc ipso Institutionum loco, quo inter noxam et noxiā hanc differentiam statuit Tribonianus, ut noxa sit corpus, quod nocuit, noxia ipsum maleficium, qua de quaestione adi sis Dukerum *de Latinit. Vet. ICTOR. p. 8. seqq.* videtur reponendum: Νοξία. ἡ διὰ σώματος βλαβὴ, οἷον κλοπὴ, ἀρπαγὴ, ζημία, ὕβρις. Νόξα δὲ λέγεται αὐτὸν τὸ σῶμα τὸ βλάψαν. Perperam quoque post non longe Νοξαλία ter scribitur vice Νοξία. Et in definitione actionis noxalis, ante vocabulum ἐκδίδναι, periisse videtur εἰς νόξαν.

Νοτάριος..... Νότα τὰ γράμματα.

Νοτάριος. ὁ τὰν γράμματαν. Νότα γάρ τὰ γράμματα. Priorem glossam supplet ex Suida et Ety-
mologo Röuerus. Ego malim ex posteriore, Νοτά-
ριος. ὁ τὰν γράμματαν. In quo subaudiri debet γρα-
φεύς. Vide eruditissimum Io. Albertum in *Miscellan.*
Critic. p. 295. et Gratianum de S. Bauone, i. e. eundem
Albertum, *Miscell. Obseru. Vol. I. Tom. III. p. 421.*
Denique ne supersit vitium, scribendum quoque, Νότα
γάρ τὰ γράμματα.

'Οπορτέβιτ. χρῆ. σημαῖνες δὲ καὶ τὸν ἐνετῶτα,
καὶ τὸν μέλλοντα χρέοντα. Non probo, quod reponit
Cl. Struchtmeyerus χρήστες. Mox autem pro istis, *'Οπ-*
πορτέβιτον. δηλοῖ καὶ τὸν μέλλοντα χρέοντα, Glosso-
graphus, credo, scripsierat: Τὸ δὲ πορτέβιτ ξῆμα δηλοῖ
καὶ τὸν ἐνετῶτα, καὶ τὸν μέλλοντα χρέοντα. Ea enim.
hunc in modum Graece redditā sunt verba *L. 8. D. de*
V. S. a Basiliī conditoribus Tom. I. p. 40. D.

28 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Ποστουλάνδο. συνηγόρεις, αἰτεμένεις. Lege, Ποστουλάνδο. (i. e. de postulando) συνηγόρων, αἰτεμένων.

Πέρον κλέω. τετέσιν καθαρόν. Eruditissimus Röverus voci corruptae substituendum ait aut κλέω, aut κενόν, in posterius tamen ipse procluior. Contra Gisb. Koenius d. *Diss. C. 2.* p. 14. rescribi volebat, Πέρον λόκον. Evidem, tametsi paulo maior est mutatio, pro κλέον omnino malum κενόν. Erant enim, ut bene docuerunt Kirchmannus *de Funer. Lib. III. Cap. 27.* et Vryhofius *Obseru. Iur. Ciuit. Cap. 10.* diuersi a cenotaphiis, hoc est, monumentis eo animo extuctis, ut semper manerent sepulturae expertia, κενοὶ sive καθαροὶ τέφαι, monumenta pura, ut loquitur Vlpianus *L. 6. §. 1. D. de Relig.* in quae nondum illatus erat mortuus. Ceterum hoc obiter addendum, male reffiri huic Vryhofio, itemque ab Herm. Cannegietero *V. C. Obsernat. Iur. Rom. Lib. III. Cap. 5.* Suidae verba, Κενοάθησα. τινὰ ἡσαν ἐλισσόμενα ὡς τύπος νερῷ, μὴ ἔχοντα νερόν: haec enim pertinent ad *i Sam. XIX. 13.*

Περιβάτα. τὰ τῇ βασιλείᾳ ἴδιας διαφέροντα. λαργυτίων δὲ εἰσι δύο, τὰ σάκρα, καὶ τὰ περιβάτα. δύο γάρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροὶ, οἱ ἴδιαζοις τῆς βασιλείας, οἷον τῶν λαργυτίων, καὶ ὁ δημόσιος ὁ τῆς φίσαις. Nihil discrepat codicis Brissonii in *Libro de V. S. voc. Largitio* scriptura: neutquam tamen dubites, quin hunc in modum glossa debeat reformari: Περιβάτα. τὰ τῇ βασιλείᾳ ἴδιαζοντα διαφέροντα. λαργυτίων δὲ εἰσι δύο, τὰ σάκρα, καὶ τὰ περιβάτα. δύο γάρ εἰσι βασιλικοὶ θησαυροὶ, ὁ ἴδιαζων αὐτῆς τῆς βασι-

Βασιλείας, οἷον τῶν λαργυτίονων, καὶ ὁ δημόσιος ὁ
τῇ φίσαι. Ita enim Nouellae CXXIII. Cap. 43.
verbis, ὑπὸ τῇ κόμητος τῶν πειθέτων, in margine
adscriptam reperimus hanc glossam in vetustissima
e seculo forte decimo membrana, quae ante an-
nos propemodum viginti, quo tempore ista sub
incudem reuocamus, penes me erat Ger. Meermannii,
magni, dum vixit, literarum Patroni, et mei quoque
studiosissimi beneficio, cum duobus aliis recentioribus
libris, quibus inerant Nouellae aliquot Iustiniani,
omnesque Leonis Sophi, et quaedam aliorum Augu-
storum, ut nempe nouae meae harum Constitutionum
editioni, cuius tum nomen feceram, inseruissent:
quod nomen cur dissoluere non potuerim, dixi Bi-
blioth. Germ. Commun. Append. III. Vol. III. p.
1890. seqq.

Πρεμπτάλαια. ἀρχικά. Emendat summus Scali-
ger, Πρεγκιπάλαια: idque minus placet Röuero, quam
quod margini exempli sui alleuerat I. Vofsius, Πρέμπτα-
παλαιά, ἀρχικά. Eo legendum suspicor, Πρεγγι-
πάλαια (i. e. principalis, honor scilicet) ἀρχική. Sic
superius paulo est glossa, πρεγγιπάλαια. ἐξεστινή.

Φενδος ἐσὶ πᾶν ἔτι δίποτε ὅπὸ τῇ ἐδαφες ηματε-
ταῖ, καὶ τὸ σύνημα, καὶ ὁ ἄγρος. αἱ δὲ σικεδομικὴ ἐν
μὲν τῇ πόλει σικεῖαι λέγονται, ἐν δὲ τοῖς χωρίοις βίλαι.
Lege, πᾶν ἐτιδήποτε. Fundus est omne, quicquid so-
lo tenetur. Quae verba sunt ex L. u. D. de V. S.
et sic conuersa leguntur Βασιλικῶν Tom. I. p. 54. C.
Mox et pro σικεῖαι repono σικεῖαι. Urbana aedificia,
inquit

inquit Florentinus *L. 21. D. eod. aedes: rustica, viliae dicuntur.*

Atque haec sufficiunt in Glossas illas Nomicas. Plura adiicere, si omnia voluisse explicare atque excutere, haud foret difficile: sed non libuit diutius immorari scriptio non nimis iucundae.

C A P V T VIII.

Transpositio verborum in L. 22. D. de Fideiuss. tentata.

Experiamur nunc, si forte et Codicis Iustinianei loco, ad quem frequens fuit Criticorum senatus, nostra nonnihil prodesse possit opera. In *L. 22. C. de Fideiuss.* ita rescribunt Diocletianus et Maximianus AA. Hermiano: *Si ultra hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatario nomine intercessione commemoras, daturum te scripsisti: praeses provinciae ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est, a te nihil exigi patietur.* Nihil attinet coimmemorare varias Glossatorum aliorumque Iuris Interpretum hac de lege sententias, et perdere chartas. Legi illae possunt apud Iac. Voordam *Eleffor. Cap. 8.* quem eruditissimum ICTum in reiiciendis aliorum falsis opinionibus, quam in perspiciendo vero, feliciorem fuisse deprehendas. Ego vero quid nouissime visum fuerit de Rescripti huius sententia praestantissimis ICTis, Io. Cannegietero et Ios. Lud. Ern. Püttmanno, paucis modo, quo Lector eruditus

ditus ipse iudicet, dicam. Celeb. Cannegieterus *ad Collat. Leg. Mos. et Rom. Tit. 3. p. 197.* verba Imperatorum hunc in modum emendat et explicat: *Etsi vltro, id est sponte tua, sine alicuius requisitione, (ita enim sibi potius scribendum videri ait, quam ultra) scripsisti daturum te, quod (aut quot) alter accepit: tamen non exigetur a te id, quod numeratum est post illud tempus, quo literis redditurum te significasti; quia hoc ultra mandatum est, cum tantummodo daturum te scripsisti id, quod accepit alter, non quod accepturus est.* Ita censet doctissimus ille ICTus: *at parum probabiliter, ut mihi quidem videtur.* Ill. Püttmannus autem *Probabil. Iur. Ciu. Lib. I. Cap. 2.* speciem facti suspicatur hanc fuisse: Hermianum mandasse Titio, ut Seiae crederet decem, simul tamen duodecim se promisso redditum; Titium autem numerasse Seiae undecim, et mox repetuisse ea undecim ab Hermiano, tamquam ad duodecim ex promisso, ut sibi persuadebat, obligato. Rescribunt igitur ex politissimi Viri sententia Hermiano Imperatores: *Si ultra hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatorio nomine (in decem scilicet) intercessisse commemoras, daturum te scripsisti:* (promiserat nempe duodecim) *praeses prouinciae ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est,* (undecimo scilicet) *a te nihil exigi patietur.* Evidem ingeniose haec cogitata nullus dissidente: et ratio, quam adiungit Vir Ill. cur non teneatur Hermianus nisi in decem, quod nempe inutilis fit, quatenus debitum excedit, debitoris promissio, omnino valet ex *L. 11. D. de Reb. cred. L. 17. D. de Paß. L. 11. §. 1. D. de Confl. pecun.* At praeceperat eam coniecturam, Kochl. *Interpr. L. I.*

F

quod

82 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

quod latuit Virum egregium, Brunnemannus in *Comment. ad d. L. 22.* cuius nec Voorda in *Elefis* meminuit. *Mandau tibi*, scribit Brunnemannus, *ut crederes mea fide Titio 100 flor. et promisi me redditurum 150 florenos.* Quaeritur, an teneat. *Videtur quod sic, ex pacto et promissione spontanea: sed negatur hic, et vtitur Imperator hic eleganti ratione in fine, quae talis est: Si hoc casu plus quam 100 numerasses, non tamen obligarer ob L. 5. D. Mandat.* Ergo si ex reali numeratione 150 floren. non obligor, multo minus obligor, si tantum 100 numerofess, et velis 150 petere; neque prodest tibi padum: nam receptum, in maiorem quantitatem, quam debitor debet, fideiſorum obligari non posse, *L. 8. §. 7. D. h. t. Struu. Synt. Iur. Ciu. Exerc. 47. th. 40.* adeoque hoc padum contra bonos mores est. Sed in currente tamen summa me obligari verius et aequius est, per hanc legem et *L. 33. D. Mandat. L. 11. §. 1. D. de Constit. pecun. Haec tenus Brunnemannus.* Ego vero opinionem hanc multo credibiliorem aliorum Iuris Interpretum sententiis minime diffiteor: fraudi tamen non futurum mihi arbitror, si, quid in mentem venerit attentius Augustorum Rescriptum legenti, paucis itidem aperiam. Traiectione quarundam vocum, saepius et alibi in Iure cum fructu instituta, succurrentum crediderim et nostro loco. Certe si scripseris, quomodo Imperatores scripsisse suspicor; *Si ultra hoc, quod daturum (i. e. redditurum) te scripsisti, accepit ea, pro qua te mandatorio nomine intercessisse commemoras: praeses provinciae ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est, nihil a te exigi patietur: nihil erit, quod in post-*

posterum in hoc Rescripto quemquam offendat. Atque haec ita scripta melius quoque conuenient cum iis, quae sua fecerunt ex hac lege Graeci, quamvis et ipsi Imperatorum mente in minus afflicti, prava iam, ut videtur, lectione delusi, *Tom. IV. Βασιλικῶν p. 114.*
A. Ἐάν παρ' ὁ ἐλαζεν ὁ πρωτότυπος, ἔτε οὐ παρ' ὁ ἑνετέλω απαύτη, δύασας βοηθεῖσθαι εἰς τὸ μὴ απαρτηθῆναι τὸ περιτίχον. Qui locus verti ad verbum sic debuit: *Si ultra hoc, quod accepit reus principalis, vel ultra quam mandaueris numerari, a te petatur: succurri tibi poterit, ne a te, quod excedit, petatur.*

C A P V T I X.

L. 3. C. de Summa Trinit. L. 26. C. de SS. Eccl. L. 29. L. 41. C. de Episc. et Cler. *ape scripti codicis saepius emendantur.*

Multa depravata sunt in Graecis Iustiniani Codicis Constitutionibus, plura male intellecta ab Contio, qui eas in Latinum sermonem conuertit. Illum nunc nihil admodum morabor: lubet quatuor hic tantum Constitutiones integriores reddere e Codice uno Meermanniano manu exarato, recentiore illo quidem, et seculo demum XVI. in charta scripto, sed bonaet tamen notae, qui Collegii olim fuit S. I. Claromontani Parisiensis, et Constitutiones variorum Imperatorum, maxime ecclesiasticas, aliaque complectitur. Transscribemus igitur nunc omnes e vetere illo libro varias lectiones, reliquarum etiam Constitutionum daturi

84. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

forte alio loco *). Collationem autem instituimus cum MSto Meermanniano editionis Ludou. Charondae, a qua non discessit in Amstelodamensi Sim. van Leeuwen.

Διάταξις (leg. *Διατάξεις*) νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰερουσαλέμων συνηγορεῖσαν καὶ ἐπικυρεῖσαν τὰς τῶν ἀγίων πατέρων ἐκκλησιασμὸς νεόνοις, inscribitur pars illa libri Meermanniani, quae Graecas aliquot Codicis Constitutiones exhibet. Prima est *L. 3. C. de Summa Trin.* quae Constitutio Theodosii et Valentiniani. Pro *Βαλεντίνιον* scribit Codex Meerm. pariter ac Theodorus Balsamo, qui *Collezione di Constitutionum Ecclesiast. Lib. I. Tit. i. Tom. II. Biblioth. Iur. Canon. Iustelli p. 1233.* hanc Constitutionem inferuit, *Οὐαλεντίνιον*.

§. 1. *Συνέγραψε]* Meerm. *συνέγραψεν*, quod tamen inter versus est correctum. Modo ὑπὸ τῆς ἔκυρτῆς μονίας in ὑπὸ τῆς αὐτομονίας mutauit Balsamo.

§. 2. *"Ητοι αἴθεμιτω]* Meerm. et Balsamo ac Basiliorum compilatores, qui quaedam ex hac lege sua fecere *Tom. I. p. 4. A. ἡ τῇ αἴθεμιτῷ.* Quod omnino est recipiendum.

§. 3. *Αμφιβόλες]* Non probbo Meerm. *αἱμφι-
βόλες.*

Κυρίας

*^o) Promissum hoc primae editionis exoluetur, si vitae usuram dederit longiorem Deus, neque literatorum deseramus studio, Interpretationum nostrarum volumine tertio, aut quarto.

Κυρίᾳς τῇ τῆς ἐνλαβῆσι μημῆς] Balsamo ἐνσε-
βῆς legit, vice εὐλαβῆς: sed retineo eodem sensu εὐ-
λαβῆς, pro quo stat etiam Codex Meermannii.

^{Ἐμπίπρεποςθα]} ^{Ἐμπίπρεποςθα} male scriptum erat
in Codice Meerm. Sed ipsismodi minutias omitte-
mus, ne lectori simus taedio.

<sup>Ωςε μήτε εἰς ἀνάγνωσιν τίνος ἐλθεῖν· τῶν δὲ τοι-
αῦτα]</sup> Meliorem praebent scripturam Balsamo et
Meerm. ὡςε μηδὲ εἰς ἀνάγνωσιν τίνος ἐλθεῖν· τῶν τα-
τοιαῦτα etc. et mox τῇ δὲ λοιπῇ, ut et Basilica habent,
inferto δὲ.

Dat. XIII. Kal. Mart. Integriorem seruauit sub-
scriptionem Meerm. D. XIV. K. MART. (scriptum
erat ΜΑΡΙ) CP. ZENONE ET POSTVMIA-
NO COSS.

L. 26. C. de SS. Eccles. quae nunc sequitur, inscri-
bitur in Meerm. Ιεπιμανῇ τῇ εὐσεβεσάτῃ βασιλέως
περὶ τελευτῶν καὶ καταλημπανόντων κληρονόμου ἐκ-
κλησίαν σιανδήποτε. Οἱ αὐτὸς βασιλεὺς ιεπιμανῷ
ἐπάρχω πειστωσίαν.

Αὐτῇ τῇ κρατεῖλος, ἢ καὶ ληγάτον ἢ φιδεῖκομ-
μισσον καταληφθείν] Meerm. εἰ καὶ ληγάτον, et spa-
tio dimidii versus vacuo omisso, ἢ Fideicommission:
prius bene, mendose posterius. Scribendum vero, τῇ
αὐτῇ κρατεῖλος, εἰ καὶ ληγάτον ἢ φιδεῖκομισσον κα-
ταληφθεῖν: quod et vidit iam Leunclavius Notatorum
Lib. I. Cap. II. Modo quoque vitiose erat in vetere
nostro scriptum πολλὴν δελιαν, pro πολλὴν ἀδηλιαν.

86 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Eis πλωχῶν ἀποτροφήν] Quod praefert Meerm. et Balsamo Lib. I. Tit. 2. §. 26. p. 1249. vbi excerpta quaedam ex hac lege habentur, eis πλωχῶν ἀποτροφήν, id omnino probandum. Graecis recentioribus ανατρεφή dicitur ἀποτροφή. Sic apud Theophilum §. 40. I. de R. D. πόλλα δειπνῶν περὶ τὴν τῶν σραστιῶν ἀποτροφήν. Et eodem sensu occurtere in Basilicis vocem Tom. VII. p. 888. A. monuit in Glossario suo Theophilino Reitzius. Car. du Cange Glossarium M. et I. Gr. augeri poterit hac voce.

§. 1. Περὶ λόγυς καὶ νόμους] Transponit Meerm. περὶ νόμους καὶ λόγυς.

Εἰ δὲ μη] Meerm. εἰ δὲ μη δε. Repono εἰ δὲ μηδε, si vero et illuc nullus talis locus appareat.

Κάκεῖσσι πάλιν ἀντὶ τῆς γεγραμμένης παρασκευᾶσσαι πρατήσαι τὸ ἀληθές] Alio ordine Meerm. κάκεῖσσι πάλιν τὸ ἀληθές ἀντὶ τῆς γεγραμμένης παρασκευᾶσσαι πρατήσαι.

§. 2. Τῇ παροικίᾳ] Optime Meerm. et Balsamo τῇ περιοικίᾳ, in agro vicino. Quod autem mox calamо exaratus praefert ἐκένῳ, vice ἐκένῳ, id sive controversia mendoza est.

Ἐν τῶν τῆς αὐτῆς ὀνόματος] Perperam τῶν omittit Meermannianus.

L. 29. C. de Episc. et Cler. quae Leonis et Anthemi est, in Codice Meerm. hanc habet inscriptionem: Δέοντος νόμος περὶ τῆς μη ἔξενης μόναχον ἔξελθεν ἐκ τῆς μονασῆτες αὐτῆς, καὶ περιάγεν ἐν πόλει. Αὐτοκράτορες λέων καὶ ὄνθεμος αὐτὸν σραστηγῷ.

Τπε-

^{Της ξεναγμένων]} Meerm. male scribit ἡ φεξαγή-
μένων. Basilica Tom. I. p. ii. C. habent ἡ πεξηη-
μένων.

<sup>Ἄδειαν παρέχομεν ἔθελσοι διὸ μόνας ἀναγνάσ-
απογέσσεις ἐξίεναι]</sup> Meerm. ἀπογέσσεις εἰσίεναι. Prius
mendosum, et follenne est librariis vitium: posterius
rectum sine dubio, et firmatur a Basilicis, quae simili-
ter habent, θέλσοις εἰς τὰς πόλεις διὸ μόνας ἀναγνά-
σαπογέσσεις εἰσίεναι. Locus sic est vertendus: Apo-
crifariis licentiam damus, ut possint necessiariorum
responsorum causa ingredi ciuitates.

^{Καὶ ἔτειδε αὐτοὶ οἱ ποιέμενοι τὰς ἔξοδος]} Et hic
legendum opinor, καὶ ἔτοι δὲ αὐτοὶ οἱ ποιέμενοι τὰς
εἰσόδους, cum Meerm. et Basilicis, ubi perperam Fabro-
tus, caueant autem, qui exibunt, vertens cum Con-
tio, legit τὰς ἔξοδους.

<sup>Ἡ συμβελαῖς τισι προσάσσειν, ἢ ταραχῆς ὁρμώ-
σης]</sup> Vera et hic sine dubio Meerm. et Basilicorum
scriptura, ἢ συμβελαῖς τισι πρὸς σάσιν ἢ ταραχὴν
ὁρμώσεις. Totus locus verti sic potuit: Caueant autem
hi, qui ciuitates ingredientur, ne de religione, vel
de doctrina disputent, vel consiliis quibusdam ad sedi-
tionem aut tumultum spectantibus simpliciorum plebis
animos seducant; scituri, quod, si nostrae pietatis
statuta neglexerint, legum austeritati subiicientur.
In veteri illi, πρὸς σάστιν, (ita scriptum) linea est sub-
ducta, et in margine manu et atramento iisdem ad-
scriptum προσάσσειν. Quo modo nescio, an hic et
aliis quibusdam in locis notare voluerit librarius, sic
mendoza scriptum se reperiisse suo in codice, an alte-

88 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

rius libri varias et mendas plerumque lectiones annotauerit.

Δήμε] Scripsérat δήλας librarius Codicis Meerm. vitiōse: sed in margine, linea isti voci subducta, recte corréxit δήμε.

Sequitur in Meermanniano L. 42. C. de Epist. et Cler. cuius Constitutionis Iustinianae titulus ita habet: Ιεπιστολή νόμος περὶ τῆς τραπέας ἀνθρακοῦ δοθεῖναι εἰς ψήφισμα ἐπισκόπου, καὶ (addendum ὅτι) τὸν γράμμαντον αὐγύναντον καὶ ἀτενοντον εἶναι χρῆν. Αὐτοκράτωρ Ιεπιστολὴς ἀπαρχώ ψηφισθεῖσαν.

Πολέμενοι] Sic et a manu prima Meerm. Sed postea perperam ex eo factum est ποιέμενος.

Συμβάνη] Meerm. συμβάνη.

Χρεῖς θεῶν ήμῶν] Recte inserit scriptus articulum, τῇ θεῷ ήμῶν.

Οὐδὲ αὐτῆς] Meerm. οὐδὲ αὐτῆς.

§. 1. Οὐχ οἷον τέ εἴσι τὸν] In Meerm. εἴσι τὸν linea subducta est notatum, et in margine adscripta vitiōsa lectio, εἴσιν τῶν.

Προσπαθείας σαρκικῶν τέκνων] Meerm. προσπαθείας σαρκικῶν τέκνων: idque germanum esse videtur.

Πάντων τῶν πισῶν] Rectius Meerm. omisso articulo, πάντων πισῶν.

§. 2. Απρὸ τῆς ἐπισκοπῆς εἰς οἰας δήποτε αἰτίας ἔσχον] Mendose Meerm. εἰςχον.

Οἱ τέτοις τὰς ιδίας θοίας καταλέψαντες, η καὶ καταλιμπάνοντες] Meerm. η καταλιμπάνοντες, καὶ omisso:

omisso: quod magis probo, quia et statim sequitur,
παραπέμψαντες, ή παραπέμποντες.

Δαπανήστω] Meerm. δαπανήστωτιν.

§. 3. Ἐπιφανίω τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαιμονος
ταύτης πόλεως καὶ πατριάρχῃ ἀγιωτάτῳ] Meerm.
ἐπιφανίω τῷ ἀγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαιμονε-
σάτης πόλεως καὶ πατριάρχῃ. A Iustiniano credo
fuisse, Ἐπιφ. τῷ ἀγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαι-
μονεσάτης ταύτης πόλεως καὶ πατριάρχῃ.

§. 5. Φανῶσι] Meerm. φανεῖσι.

§. 6. Τῇ τὰ κῆθεντα] Voces τῇ τᾳ in Meerm. li-
nea subducta sunt notata, et in margine adscripta men-
dosa lectione, ταῦτα.

Κατὰ διαθήκας] Meerm. κατὰ διαθήκας. Cor-
rección non est probanda.

Οσα τοῖς εἰσαγέσιν οἴκοις προσήκει τοῖς εἰρημένοις]
Abest Meermanniano τοῖς εἰρημένοις, et videtur esse
addititum.

Βελόμεθα] Meerm. κελευσόμεν.

Πτωχοτρόφῳ] Meerm. mendose ψυχοτρόφῳ ha-
bet, idque linea subducta notatum, et in margine ad-
scriptum πτωχοτρόφῳ.

Ἄλλ' εἰς θίον αὐτὰ πρόσωπον ἀποφέρεσθαι]
Meerm. non male inter ἄλλ' et εἰς in margine inserit
ἴσως.

Τὶς γάρ ἀν τὴν τοιαύτην ἔχοντα φρεσίδα, μὴ νο-
μίσεις διὰ τέτο ταύτην ἀναδέξασθαι] In Meerm. re-
peri scriptum, τὶς γάρ τὸν τὴν τοιαύτην ἔχοντα φρε-
σίδα,

90 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Uide, ante τις in margine inserto τὸν, et linea in textu
voculae τὸν subiecta, qua delere eam videtur voluisse
librarius. Atque haec vera est citra controuersiam le-
ctionis, τὸν τις γὰρ τὴν τοιαύτην ἔχοντα φρεσίδα μη νο-
μίσσῃ. Articuli enim ista traiectio frequens est Grae-
cis. Alciphron. L. III. Epist. 20. Οἰσθά με ἐπισά-
ζαντα τὴν ὄντων παλάθας. (sic leg. pro παλάθα, ut et
infra editur Epist. 51.) καταγογόντας ἐν ἑώς ἐταῦτα
ἀπεδόμην τῶν τινι γνωρίμων, δέγεται μὲ τις εἰς τὸ θέα-
τρον. Vbi duo Herodoti loca adscripsit Berglerus. Et
apud eumdem Herodotum Lib. I. Cap. 84. cupidius
arripuisse e Mediceo suo τὸν τινα Λυδῶν, pro τῶν τινας
Λυδῶν, bene obseruat Fr. Lud. Abreschius Spicileg. in
Herod. Thucyd. et Xenoph. Miscellan. Obseruat. Vol.
III. Tom. I. p. 141. Apud longum Paſſoral. p. 87.
τῶν τινῶν πλεστῶν emendare iubet ὁ πάντι Hemsterhu-
sius ad Luciani Nigrin. Tom. I. p. 12. τῶν τινι πλεστ-
ῶν. Nec quicquam denique mutauero cum Valckenario in hisce Socratis verbis apud Xenophontem, Ἀπο-
μνημονεύμ. Lib. II. Cap. 2. Καταμεμάθηκες ἐν, τὰς
τὶ ποιεῖντας τὸ ὄντα τέτο ἀποκαλεῖσιν; Id est, Con-
sideratione igitur, quid cuncti agunt homines, hoc nomi-
ne appellantur?

^{“Οσα αὐτῷ ἔξωθεν περιγίνεται]} Male Meerm. περι-
γίνεται, quod tamen inter lineas est correctum.

§. 7. Προθυμότερον ἐπιδιδώσει] Recte est in Meerm.
ἐπιδιδώσει.

§. 8. Ἡ δὲ συμβῆ] Meerm. εἰ δὲ συμβῆ.

Θεοπίζομεν, τὸν εἰς τόπον αὐτῷ κατασαμησόμενον
μετὰ τῷ φόβῳ τῇ δεσπότῃ θεᾶς λόγους ἀπαιτεῖσθαι
πάτης

πάσης τῆς παρ' αὐτῷ γενομένης διαινήσεως] Vitiose
Meerm. τέτοι, pro τὸν, et καθίσαμένες, pro κατασα-
θημένον, et denique πάθη τῆς παρ' αὐτῷ γ. d. Per-
peram vero Contius λόγες ἀπαιτεῖσθαι vertit, ratio-
num redditioni subiici. Vertendum erat, rationes
exigere.

'Ως τῷ δεσπότῃ θεῷ τὸν υπὲρ τέτων λόγων υφέ-
ζει] Magis placet Meerm. υπὲρ τέτε, pro hoc.

§. 9. Ἐπιδόσει χειροτονεῖσθαι] Reclle scribit Meerm.
ἐπὶ δόσει, vt et Contius vertit, per largitionem ordi-
netur.

Εἴτε ἐπίσκοπος ἐη, εἴτε κληρικός] Minus bene le-
gitur in Meerm. ή κληρικός.

Εἰ δὴ οἰκονόμος] Restituendum ex Meerm. εἰ δὲ
οἰκονόμος.

'Η ὁ καλέμενος ἐπὶ τῆς πλωχείας] Melius Meerm.
ἢ καλέμενος, articulo omisso, et mox meliori ordine,
παρασχῶν τι Φανέν.

'Ἐπὶ τῷ τὴν τοιαύτην αὐτῷ περιποίησαι Φρονίδει]
Perperam hic τῷ omittit Meermannianus.

§. 10. Δι' αὐτῶν ψάλλειν τὰ τε νυκτεριὰ καὶ τὰ
δειθριῶν] Reclius legit δι' ἑαυτῶν.

'Ἐπιτελεῖσθαι] Meerm. ἐπιτελεῖσθαι.

'Ἐξω τῇ κλήρῳ καθίσασθαι] Manifeste mendo-
sum hoc, et reponendum ex Meerm. ἐξω τῇ κλήρῳ
καθίσασθαι.

Δι' ὧν ὁ φειλον] Perperam vox ὁ φειλον abest a
MSto.

Τέτο προσανακαλέν καὶ Φανερόν] Procul dubio
cum Meerm. προσαναγγέλλεν scribendum, et cum
eodem §. vlt. παρ' ἡμῶν θεσπισθέντα, vice περὶ ἡμῶν.

CAPVT X.

*Reponendam esse in §. fin. I. de Nupt. veterem
scripturam in locum Cuiacianae.*

V exatissimum explicare aggredior Institutionum lo-
cum, et Interpretum disputationibus nobilem.
Verba Iustiniani, ut in scriptis editisque libris omnibus,
excepta Cuiacii editione, leguntur, haec sunt: *Ali-*
quando autem evenit, ut liberi, qui statim, ut natu-
ri sunt, in potestate parentium non siant, postea autem
redigantur in potestatem parentium: qualis est is, qui
dum naturalis fuerat, postea curiae datus, potestati
patris subiicitur. Nec non is, qui a muliere libera
procreatus, cuius matrimonium minime legibus inter-
dictum fuerat, sed ad quam pater consuetudinem ha-
buerat, postea ex nostra constitutione, dotalibus in-
strumentis compositis, in potestate patris efficitur.
Quod et aliis liberis, qui ex eodem matrimonio postea
fuerint procreati, similiter nostra constitutio praebuit.
Neque aliter verba illa postrema exhibuisse videtur co-
dex Theophili, quantum quidem existimare licet ex
Paraphraſi eius Graeca. *Ei δὲ μετὰ ταῦτα, inquit,*
καθά εἴηνεν ἡ διάταξις τῇ εὐτεβεστάτῃ ἡμῶν βασι-
λέων, προτίχα γένται πρὸς αὐτὴν, & μόνον οἱ προ-
τεχθέντες τῶν προτίχων, αἷλλα καὶ οἱ μετὰ ταῦτα, εἰ-

TIVOS



τινας συμβαίνει τεχθῆναι, ὑπεξέσοι μοι γενήσονται,
κατὰ τὰ περιεχόμενα τὴν θεοτάτην ἡμῶν βασιλέως
διατάξει. Et concinunt Scholia Basilicorum Tom. IV.
p. 280. D. Τὰ προτῷα συμβόλαια γνησίες ποιεστοῦ, &
μόνον τὰς προτέρες, ἀλλὰ οὐδὲ δευτέρες. Verum hoc
absolum viatum Viris doctis, praeberi e legitimo ma-
trimonio natis Constitutione principali, quod suopte
habent iure. Adeo si pater non erat Iustinianus, scri-
bit Bynkershoekius Lib. II. Obseru. Iur. Rom. Cap.
ii. vt, quod nemo negat, vel negavit umquam, sua
Constitutione definiret: legitimos enim esse, ex iustis
nuptiis qui nati sunt, omnis aeuī iurisprudentia san-
cuit. Inde ergo ad emendationes est processum. Et
quod in Cuiacii editione legitur, Quod, si alii liberi
ex eodem matrimonio fuerint procreati, similiter
nostra constitutio praebuit; id ipsum profectum est
sine dubio ab ingenio Cuiacii, nullis libris scriptis au-
toribus: in Notis enim nihil quicquam de veterum li-
brorum lectione Cuiacius admonuit. Truculentio-
rem porro Hotomani crisi, quod, et si alii liberi nulli
ex eodem matrimonio postea fuerint procreati, item
Bynkershoekii, quod ut aliis liberis, etc. aliorumque
opiniones et commenta diligenter recensuit Gebauerus
noster μοναρχήτης Excursu IV. ad Lib. I. Infl. p. 297.
seqq. vnde, si quis cupit cognoscere, petere ea pote-
rit. Ipse autem Vir summus, qua erat modestia, Mi-
hi, inquit, haerere aquam ingenue fateor, et meo suf-
fragio locus inexplicabilis est seponendum. Si non li-
ceret extra partes consistere; si necesse foret optare e
superioribus sententiam: non illubenti animo Cuiacii,
at quanti Viri! opinioni accederem. Nouam vero
tollen-

94. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

tollendae huius difficultatis, quae verbis Imperatoris inesse videtur, viam eodem tempore, quo Gebauerus illa commentatus est, instituit ad Theophilum Reitzius. Is Vir eruditissimus plus semel suspicatur editas suisse Institutiones, ac primo quidem scripsisse Tribonianum, *quod, ut alii liberis ex eodem matrimonio postea procreatis, similiter nostra constitutio praebevit*; post autem cum ambigua haec esse cerneret, in secunda editione ita immutasse, *quod, et si alii liberi ex eodem matrimonio fuerint procreati, similiter nostra constitutio praebevit*. Haud ineleganter hoc quidem: et ea ratione alii in scriptoribus nonnumquam satis probabiliter usi Viri erudit: quamvis ego, vbi et maiores comprehendunt codicum varietates, causam earum cum Doruillio *ad Chariton. p. 568.* ad librarios tamen reserri malim, quam ad scriptores ipsos. Verum et quoquo modo tentemus Imperatoris verba, fatendum erit non cepisse mentem eius Theophilum. Quod, ut puto, de Antecessore aequali et οὐρεγῷ in Institutionibus Iustiniani vix est credendum. Quo magis miror, ense recidendum putasse plerosque Interpretes nōdum difficilem, et emendandum locum, qui explicatione eget, non emendatione. Evidem non ignoro, scripsisse *Vindicias verborum postremorum §. vlt. I. de Nupt.* Auctorem anonymum *), cuius sententiam me docuit

Tomo

*) Libellus hic, qui iam ipse est ad manum, *Crisis inscribitur iuridica, qua vindiciae verborum postremorum §. vlt. I. de Nupt. aduersus emendationes intempestivas exhibentur*, prodiditque Halae Magdeb. 1719. 4. sine nomine auctoris; quem tamen ex similitudine huius

Tomo II. Iurispr. Antiqu. Fellenbergii inserta Ger. Iordens *Diss. de Legitimatis.* Cap. 6. §. 33. seqq. a qua nec multum distat Ill. Püttmanni *Interpretat. Iur.* Cap. 15. opinio. Verum acutissimus ille ceteroquin ICtus, vt de hoc posteriore solummodo dicam, parum luculenter, si quid iudico, rem exposuit, nec satis accurate causam Iustiniani atque Tribonianii hoc quidem in loco est tutatus. Ait enim, *L. 10. C. de Natural. lib.* quam hic innuit Imp. praebuisse eum liberis ex matrimonio cum concubina initio procreatis id ipsum, vt essent legitimi, superuacuo licet beneficio, et affectasse hac Constitutione noui juris a se conditi et aboliti veteris laudem; ac Tribonianum, ad commendationem Principis sui, haud raro juris noui auctorem, cum non esset, voluisse videri: quin etiam saepe adscribi Constitutiones, quibus praeter renouandi gloriam nihil debeatur, eoque nomine Iustinianum imprimis male audire. At quis credat, post matrimonium ini-

tum

ius libelli cum aliis eiusdem Viri paret fuisse Io. Christoph. Franckium, ICtum quondam Halensem: et cumdem in ipso titulo nominari cum scribat Ill. Schottus in Ephemeridibus, quas olim lingua vernacula *Criticae Librorum Iuris* nomine inscriptas edebat, *Tom. IV.* p. 474. suspicor duas extare eiusdem libri editiones. Franckium autem si audias, dicit Imp. placuisse fibi, legitimos natales, qui natis ante dotalia instrumenta per *L. 10. C. de Natural. lib.* tributi fuerant, noua lege, nempe *L. 11. C. eod.* etiam illis adscribere, qui ante nuptialia quidem instrumenta concepti, sed iis ante natuitatem eorum interpositis, ex eodem matrimonio postea nati essent.

tum susceptis Constitutione, ut legitimi fierent, tribu-
isse Iustinianum, qui sine vlla Constitutione sunt legitimi; imo iuris noui a se conditi laudem eo affectasse,
cum nec ante Iustinianum id a quoquam constitutum
legatur? Verum salua, vt opinor, res est, nec quicquam
causae, cur a recepta lectione Institutionum hoc in lo-
co digrediamur. Etenim non ita absurdē, mea qui-
dem sententia, dictum est a Iustiniano, Constitutione
se sua, qua naturales liberos per subsequens matrimo-
nium iussit fieri legitimos, effecisse, vt postea ex iisdem
parentibus nati similiter essent legitimi: et ea de
re more suo quodammodo gloriari videtur Imperator.
Quippe naturalium liberorum causa conficiunt dotalia
instrumenta parentes: eoque fit, vt et postea ex iisdem
nascantur legitimi. Atque hoc sensisse se, cum ita lo-
queretur §. 2. I. de Hered. quae ab intest. defer. ipse
diserte dixit Imp. his verbis: *Iustinus, si quis mulie-
rem in suo contubernio copulauerit, non ab initio af-
fectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habe-
re coniugium, et ex ea liberos sustulerit: postea vero
affectione procedente, etiam nuptialis instrumenta cum
ea fecerit, et filios vel filias habuerit: non solum eos
liberos, qui post dotem editi sunt, iustos et in potesta-
te patris esse: sed etiam anteriores, qui et iis, qui
postea nati sunt, occasionem legitimi nominis praefi-
terunt.* Ac pari modo loquitur et in ipsa L. 10. C. de
Natural. lib. Cum enim affectio prioris sobolis et ad
dotalia instrumenta efficienda, et ad posteriorem filio-
rum edendam progeniem praefiterit occasionem: quo-
modo non est iniquissimum, ipsam stirpem secundae
posteritatis priorem quasi iniustum excludere, cum
gratias

gratias agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt iusti filii, et nomen et ordinem consecuti? Verene igitur dixit in Institutionibus Imperator, Constitutionem suam, ut anterioribus dotalibus instrumentis, ita et post ea consecuta natis praebuisse, ut essent legitimi? Quare omnino hoc sensu capienda Iustiniani verba, et vulgatam scripturam, prope iam remotam ac sepositam iniuria emendantium, restituendam in locum suum arbitror.

C A P V T XI.

*Nullas umquam fuisse militias ex casu.
Tentatur aliquid emendationis in Nou.
LIII. Cap. 5. et eadem de casu militiae ex-
ponitur.*

Veret Iustinianus *Nou. LIII. Cap. 5.* τὰς ἐκ τῆς καλεμένης κάστρα σφατέιας pignori capi defuncto debitore, nisi is creditorum pecunia militiam sibi compasset. Solo enim hoc casu excepto, creditoribus omnibus anteferri vult liberos et vxorem defuncti non quidem hereditatis nomine, sed priuilegii et Principalis liberalitatis. Verba Imperatoris haec sunt: Διὸ τέτοιον θεσπίζομεν, τὰς ἐκ τῆς καλεμένης κάστρα σφατέιας μὴ παύτι προχέιρως ὑποκενθάσαι, πλὴν εἰ μὴ δανεισθήσεται ὁ εἰς αὐτὸν τέτοιο δανείσας, ἐφ' ὃ τῆς σφατέιας ἐκεῖνον τυχεῖν. ἐπείτο γε τοῖς ἀλλοῖς δανεισθαῖς ἐπροχέιρως δίδομεν τέτοιο ἀλλ' εἰ μὲν παιδεῖς ὅσιν ἡ γαμετὴ τῷ τελευτίσαντι, τέτρες πᾶσι προκρίνομεν τρεσόποις,

Koehl. Interpr. L. I.

G

97

98 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

ῶσε προσιέναι τε ἡμῖν καὶ κατὰ κίλευσιν ἀμετέραν
ταῦτα κομίζεσθαι, οὐχ ὡς πατρῶον ηλίσσον, ἔγε τὸ
ἄλλα ἀπόρος εἴη, ἀλλὰ βασιλικὴν φιλοτιμίαν. Valde
exercita habuere haec verba doctissimorum Interpretum
ingenia militis iis ex casu, quarum, praeterquam in
hac Nouella, nec in Iure, neque apud alios Auctores
est mentio. Varias ICtorum opiniones recensuit, et
ipse nouissime de iis sententiam dixit Consultiss. Chr.
Fr. Imm. Schorch in singulari *de Militiis ex casu*
Disquisitione. Verba autem, ut ab hoc ordiamur,
eadem, quae Nouellae contextus Graecus, praebent
et Basilicorum Synopsis Lib. XXV. Tit. 6. p. 259. et
ipsa Basilica Tom. IV. p. 69. B. Quibus locis et Leun-
clauii et Fabroti versio minus sunt accuratae. Nec re-
ctius vertit locum Hombergius, tametsi in nota ipse
reprehendit versionem Haloandri. Graeca enim ver-
ba, vt nunc leguntur, sic verti oportuit: *Quamob-rem sancimus, vt militiae ex sic dicto casu non omni- bus temere oppignorentur.* Verum in hoc dissentit
multuni cum textu Nouellae Graeco principalis aei*Ju-*
stinianei ICtus, qui iura Constantinopoli docuit, Iulia-
nus. Is enim in epitoma, quam fecit huius Nouellae,
Pithocanæ edit. p. 506. et sub hoc titulo, *De casu mi-*
litiae, ita scribit: *Si quis militauerit, et non soluen- do deceperit: casus militiae, quod scoleplacitum a qui- busdam vocatur, non temere creditoribus concedatur.*
Ecce enim si quis ad hoc ipsum, vt militet defunditus,
mutuauerat, ipse etiam scoleplacito fruatur, inope debitore defuncto. Sin autem liberi et uxor a defun-
cto derelicti sunt, adeant Principem, et accipient eum-
dem militiae casum, quamvis heredes defuncto non ex-
tite-

titerint. Sin autem neque liberos, neque uxorem dereliquerit, tunc etiam ceteris creditoribus casus militiae subiiciatur. Haec Julianus antecessor. Summus autem Cuiacius in Comment. ad L. 3. §. 6. D. de Minor. XXV. ann. Sunt, inquit, qui quaerant, quae sunt militiae ex casu in Nouella LIII. Frustra, cum nullae umquam militiae talem appellationem habuerint: et verò in ea Nouella Iustinianus non dicit τὰς ἐκ τῆς καλεμένας σφατέας, sed τὰς ἐκ τῆς καλεμένας κάστρας. Vt̄at autem a debitoribus pignori capi casum militiae defuncto debitore, nisi is eorum pecunia sibi militiam comparasset. Casum militiae appellari etiam scholae placitum, Julianus Antecessor Constantinopolitanus scripsit: atque ita appellatur in L. vltim. C. de Pignorib. siue commune in eadem Schola militantium placitum. Est autem id, quod mortuo milite heredes eius, vel liberi, aut uxor ex communī scholae placito a principe capiunt, ut indicat d. L. vlt. et L. 30. §. vlt. C. de Inoffic. testam. in illo loco, vel mortuo militante certa pecunia ad eius heredes perueniat. Nec enim ad heredes militia transit, quae personae cohaeret, sed casus militiae. Igitur et in Nouella XCVII. casus militiae fieri dicitur mortuo militi. Hactenus ICTorum doctissimus, quem verum vidisse nullus equidem dubito. Verum quid iam fiet militiis istis ex casu, quarum diserte Nou. LIII. meminit? Neque enim τὸν καλέμενον κάστρον σφατέας dicit, sed τὰς ἐκ τῆς καλεμένας κάστρας σφατέας. Equidem leui puto menda infectum locum. Unica quippe demta literula si rescriperis, τὰς ἐκ τῆς καλεμένας κάστρας: Iustiniano, credo, sua reddideris verba

G 2

et

100 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

et eundem sensum, quem supra reperisse in eo vidi-
mus Iulianum. Idem enim est τὰ ἐν τῇ κάστρᾳ σφα-
τέας, quod ὁ κάστος σφατέας, vel potius quae ex-
pectantur et obueniunt ex casu militiae. Sic apud So-
phoclem, qui modo menti obuersatur locus, *Elethr. v.*
930, ubi ad sororem Electra, ubi vulgo est,

Τέθυμην, ὡς τάλαιψα· τὰ κείνα δὲ τοι
Σωτῆρι ἔργα.

legerim ego, τὰν κείνα, cum Guil. Cantero *Lib. IV.*
Nouar. Lebt. Cap. 29. vt intelligatur ή ἵξενέντ προσ-
δοκωμένη σωτηρία. Vulgatam tamen et ibi lectionem
non diffiteor fecutum etiam Scholiasten MSti Bremen-
sis seculo forte XIII. exarati, quo aliquando vslus sum,
ineditum, qui nec male explicat, Σωτῆρι, inquiens,
αὐτὸι τῇ σωτηρίᾳ ἐκέντα, ἥγεν ἦν ἔμελλεν ἐκέντος σώ-
σεν ἡμᾶς. Facilis autem admodum fuit hoc quidem
in Nouellae loco librarii lapsus ob concursum duorum
genitiuorum, quorum alter et accusatiuum refert plu-
ralem. Ac veterem quoque Interpretem scriptum re-
perisse, τὰ ἐν τῇ καλεμένῃ κάστρᾳ σφατέας, dubitari
vix, opinor, potest, cum ita verterit: *Propterea igi-*
tur sancimus, ea quae appellantur ex casu, non omni-
bus promptie subiacere: nisi tamen creditor fuerit, qui
ad hoc ipsum mutuauit, ut militia illi emeretur. Et
firmare plane conjecturam videtur, quod in *Nou.*
XCVII. Cap. 4. eadem de re loquens Imperator, Θεσ-
πιζομεν, inquit, εἰ τις ταῖς ἀληθέας δοῖν χρυσοὺς
προφάσει σφατέας, τῇ σατέτον γενέσθαι τὸν παῖδα,
ἢ κατ’ ἄλλας τίνας τοιαύτας αἰτίας, καὶ ἐντῶς αὐτὸ-
τέτο ἐγγραφέν τῷ συμβολάιῳ, καὶ ἐπὶ τέτω γένη-

ται

ταὶ σύμφωνον, ὡς τὸ κάστρον γινομένῳ, κυριώτερον
εἶναι μόνον τὸν ἐπὶ τέτω δανείσασθαι· τέτω μόνον τῷ
Θέματι παραχωρεῖν τὴν γυναικαν. Quibus leclis vix
quisquam, opinor, dubitabit, loqui etiam *Nouellam LIII.* non de militia ex casu, sed de casu militiae.
Et ego in medium protulisse meam coniecturam con-
tentus, aliorum opinionibus enarrandis, ipsique Cl.
Schorchii suspicioni, militias ex aliorum resignatione
quaesitas intelligentis, refellendae non immorabor.

C A P V T XII.

*Variae leges restitutae, partim coniectura,
partim auxilio cuforum veterum et
Bæsilicōn.*

Congeremus in caput hoc huius libri postremum
varias Iustiniani Iuris locorum e coniectura ma-
xime petitas emendationes, quas necessitas, puto, aut
modestia saltem commendabunt. Licebat plura dare;
sed pauca, quae vero mihi videbantur similiora, seli-
gere malui.

I. *Is autem, qui in hoc editissimum incidit, inquit*
Vlpianus *L. 8. §. 1. D. de Edend. id praefat, quod*
interfuit mea, rationes edi, cum decerneretur a praetore,
non quod hodie intereft. Et ideo licet inter-
esse defit, vel minoris, vel pluris interesse coepit:
locum abfio non habebit: neque augmentum, neque de-
minutionem. Sic in editione Florentina legitur. Ve-
rum hic illud, locum, vifum est non posse locum

suum tueri. Eliminandum audacius, more suo, pronuntiat Ant. Faber in *Rational. ad h. l.* legens deleta distinctione, *aetio non habebit neque augmentum, neque diminutionem*: emendandum, totum, idque more Graeco positum pro *prorsus*, seu *totaliter*, ut loquebatur sequior aetas, Ge. D'Arnaud *Varior. Coniectur. Lib. II. C. 7.* Illustris Püttmannus in *Coniecturis ad loca quaedam. Iur. deprau. §. 71. Varior. Sylloges p. 71.* rescribendum diuinabat, *eo cum aetio non habebit neque augmentum, neque diminutionem*. Ego vero vereor, ut Latinae consuetudini satis conueniat hoc, *aetio cum eo habebit neque augmentum, neque diminutionem*: tametsi non ignoro, Latine aliqua dici in Pandectis, negari difficultius, quam affirmari. Diversum certe est, quod ait idem Domitius in *L. 20. §. 2. D. de Hered. petit. hereditas et augmentum recipit, et diminutionem*: et quod scripsit in *L. 34. D. de Oper. libert. Interdum et diminutionem, et augmentum, et mutationem recipere obligationes operarum sciendum est.* Nec placet denique illud Iac. Voordae, *Interpretat. et Emend. Lib. III. Cap. 8.* legentis, *locum aetionem habere; et neque augmentum, neque diminutionem.* Quid si autem, cum omnino necessaria sit emendatio, reponendum dixero, *locum in aetione non habebit neque augmentum, neque diminutio?* Et sane quam crebro peccetur in fine maxime vocum, experti haud ignorant. Hoc tamen displiceat, legi poterit cum Vulgatis Noricisque Digestis et scriptis quibusdam Brencmanni, *locum aetio non habebit neque ad augmentum, neque ad diminutionem.* Sed prior ratio nobis quidem praferenda videtur. Ceterum de duplici ne-
gatio-

gatione, vt nec eam Latinos refugere cognoscas, si vel nequidem interueniat, aut eius loco *nec*, quod non animo aduertisse miror Io. Iensium *Strictruris ad Pandect. p. 24.* vel si de pluribus rebus negandis agatur, lege, si lubet, Popmam de *V. A. L. Lib. II. Cap. 9.* et *extr. Broukhusiumque ad Tibull. IV. El. 1. v. 127.* et *Graeum in Cicer. L. III. ad Attic. Epist. 7.*

II. In *L. 17. pr. D. Pro soc.* Pauli verba haec sunt: *Sed et socius, qui alienauerit, contra passionem accipit, committit, et tenetur societatis, aut communni dividendo iudicio.* Et hic quoque locus valde laborat, multumque torsit Interpretes. Voces istas, accipit, committit et, Nic. Catharinus *Obseru. et Coniect. L. IV. Cap. 15.* in *Thes. Meerm. Tom. VI.* et Io. Iensius *Strictrur. ad Pand. p. 129.* pro hiulcis ac talo destitutis omittendas censem, legendumque, *qui alienauerit contra passionem, tenetur etc.* nec quicquam ultra legisse Graecos. Quibus ego tam de correctione, cum mera vis sit, quam de lectione Graeca non assentior. Nam quid repererint hi, cum non *νατὰ πόδα*, sed liberius vertant, hoc quidem in loco ex ipsorum versione satis tuto indicari non posse videtur. Illi enim ita vertunt *Basilicā* *Tom. II. p. 4. A.* Καὶ ὁ παρεῖ τὸ σύμφωνον πωλήσας ἐνάγεται τῇ περὶ τῆς κοινωνίας ἀγωγῇ, ἡ τῷ περὶ διαιρέσεως τῷ κονῷ λέγεται. Equidem magis vellem, si quid eiiciendum videretur, expuncta solum voce, accipit, quam nec Basilica expressit versio, et ignorat cum Vetusius eusis Haloander, a suisque scriptis abesse notat Contius, alienauerit iungi cum *contra passionem*. Ac posset quis suspicari, glossa

fema esse verbum illud ex ora assutum, aut variam lectionem τε alienauerit. At enim dum e pluribus libris firmetur haec suspicio, aperta erit legis sententia, si scribatur copula solum interposita hoc modo: *Sed et socius, qui alienauerit, et accipit, pecuniam puta pro re vendita, committit, et tenetur societatis, aut communii diuidendo iudicio.*

III. Apud Vlpianum L. 4. §. 1. D. de Aedil. editio mendosa itidem haud dubie Florentini codicis est scriptura. *Sed si vitium corporis usque ad animum penetrat, inquit, forte si propter febrem loquantur aliena, vel qui per vicos more insanorum deridenda loquantur, in quo sit animi vitium, ex corporis vitio accidit: redhiberi posse.* Vulgata lectio sic habet: *in quo si animi vitium ex corporis vitio acciderit.* Haloander mutat *sit* in *sic*; idque sequitur Brencmannus. Ego suspicabar legendum olim, *in quo SiT* (i.e. scilicet *id*) *animi vitium ex corporis vitio accidit;* ut ex nota ταχυγεάφων enatus esset error: scilicet enim hac nota S. scribebatur auctore Valerio Probo: nunc malim refungi, *in quo SiT,* (hoc est *si id*) *animi vitium ex corporis vitio accidit.* Nam et ita prorsus suis in libris reperisse scriptum arbitror Graecum Scholiastram, qui Tom. II. p. 405. D. Ei δὲ, inquit, τὸ τῆς ψυχῆς βίτιον ἀπὸ σωματικῆς πάθεις ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, ὡς ἐνθευ τησ απὸ σφροδοτέρες κοὶ διακαές πυρετός ἀτα-
κτῶν τε κοὶ ἀλοκοτῶν, η τοῖς ἕρμοις δικην μεμηνότος περινοῶν, παταγέλασαι φθέγγεται τότε χώρα γίνε-
ται τῇ ἑδεβίτιων. Nec vero manifesta hoc in loco tautologia offendere quemquam debet, cum περισσο-
λογίαις

λογίας eiusmodi non ICtos solum, et Vlpianum imprimis, sed alios quoque probatos vtriusque literaturae. Autores saepe vti, ostenderint P. Faber *Semeſtr.* L. II. Cap. 16. Noodtius *Probabil.* L. III. Cap. 10. Bynkershoekius ad L. *Lectione Cap. 6. Opusc. Tom. I. p. 31.* Vryhofius denique *Obseru. Iur. Civ. Cap. 1. et 19.* Nostro quidem simillimus est locus Pauli L. I. *Sentent.* Tit. 9. §. 6. Qui sciens prudensque se pro minore obliquavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipſi tamen non succurretur. Quem et ipsum hoc in loquendi genere imitatus videtur Anianus ad Pauli *Sentent.* Lib. I. Tit. 18. §. 1. Viam, inquiens, qua eundo ad rem nostram vti solemus, vel iter, quo per rem alienam ad nostram tendimus, id est, qua pecora minare confueimus, vel aquaeductum, biennio non utendo, si quis usus non fuerit, perire ei certissimum est. Frustra enim Aniani verba glosse-mate purganda censebat electis iſlis, non utendo, Barthius Lib. VI. *Aduers. Cap. 10.* Ac talis quoque sermonis est repetitio apud Iauolenum L. 57. in fin. D. de *Iur. dot.* Quod si non euidenter apparuit, de cuius mulier obligatione sensit: praesumptionem ad filii debitum spectare, verisimile est: nisi euidentissime contrarium adprobetur. Nam hoc totum, nisi euidentissime contrarium adprobetur, satis intelligebatur ex ipso clausulae initio. Et ita Vlpianus L. 21. §. 1. D. de *Furt.* Si is, qui viginti nummorum saccum deposuisset, alium saccum, in quo scit triginta esse, errante eo, qui dabant, accepit; putauit autem ille, (qui dabat, puta) sua viginti esse: teneri furti decem nomine, placet. Sic enim lubentius equidem legerim, putauit autem

ille, quam illic sua viginti esse, quod est in libris impressis, quod sciam, omnibus: nec sequemur ill. Püttmannum Interpretat. Cap. 23. accipiente haec de depositario, qui viginti deponentis numinos considerit in alium saccum, illisque alios decem postea admiscerit. Addo ex Euripidis *Medea* v. 288.

Κλύω δ' ἀπειλέν, ὡς ἀπαγγέλλεσθαι μοι.

I. e. *Audio, ut narrant mihi, te minari.* Ibi enim nulla necessaria de causa, vt equidem arbitror, reposuit ill. Brunkius, χέλω δ' ἀπειλέει. Item illud Ciceronis de *Offic.* Lib. I. Cap. 1. *Sed tamen nostra legens, non multum a Peripateticis dissidentia, (quoniam vitrique, et Socratici, et Platonici esse volumus) de rebus ipsis utere tuo iudicio: nihil enim impedio: orationem autem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorum.* Nolim enim ibi cum vtroque Heusingero, quo ταυτολογία aliquo modo enitetur, mutari vulgarem interpcionem; nec cum Ernesto verba haec duo, *legendis nostris, pro insititiis eiucere.* Nam et Ouidius ita locutus *Lib. I. Metamorph.* v. 681.

*Sedit Atlantiades, et cunctem multa loquendo
Detinuit sermone diem.*

Qui locus integer ac planus perperam solicitatur a Burmanno. Et apud eundem Poëtam legendum omnino cum vulgatis prius exemplaribus *Lib. II. Metam.* v. 482.

*Nuee preces animos, et verba precantia fletant,
Posse loqui eripitur.*

Et *Libro XIV. v. 365. seq.*

Conci-

*Concipit illa preces, et verba precantia dicit:
Ignotosque Deos ignoto carmine adorat.*

Nunc Burmannus edidit priore loco, *verba potentia*, de conjectura, quod Heinßius reperisset in uno manu exarato, *verba superflua*, ipse glossatorem arbitratus *potentia verba* exposuisse per *superba*, et exinde fluxisse, quod metro satisfaciebat, *superflua*: posteriore autem de Heinßii sententia, et cum libris quibusdam dedit, *verba venefica*. Ego *verba illa venefica et superflua* proœcta puto a librariis, nec quidquam Nasonia num magis iſlis *precibus et verbis precantibus*. Est que locus similis in hoc ipso Metamorphoseos Ouidianae *Libro XIV. v. 28.*

— *Melius sequerere sequentem,
Optantemque eadem, parilique cupidine captam.*

Vbi cum Barberiniano Heinßii lego, *sequerere sequentem*, quod vulgo est, *sequerere volentem*. Et *Libro I. Tristium El. 5. v. 81. seq.* de Vlixe dicit:

*Denique quaestos tetigit tamen ille Penates;
Quaque diu petuit, contigit arua tamen.*

Item *Libro V. Eleg. 8. v. u. et seqq.*

*Vidi ego naufragioque et in aequore mergi:
Et, numquam, dixi, infior unda fuit.
Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.*

*Naufragioque et in aequore, vti scribendum omnino
cum optimo Mediceo Heinßii, non, vt hodie editur,
naufragiumque, bis idem dicit: nec locus sanus, va-
rie licet a Viris doctis tentatus, vti videre est ex *Miscel-*
*lan.**

108 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

lan. Lips. Nou. Vol. IV. P. III. p. 530. seqq. et Vol. V. P. II. p. 331. indiget alterius medicinae. Suspicio autem legis, *verba precantia*, posteriore certe Transformationum Ouidianarum, quem supra scripsimus, loco etiam Sedulium, cuius *Lib. III. Carm. Paschal. v. 107. seqq.* sunt haec verba:

*At genitor, cui finis edax spem prolis adulata
Sustulerat, sanctos Domini lacrimansque gemensque
Corruit ante pedes, vix verba precantia fari
Singultu quatiente valens.*

Et *Lib. V. v. 217. seq.*

*Alter, adorato per verba precantia Christo,
Saucia deiectus flebilebat lumina.*

Neque adsentior denique Burmanno, *ad Ouid. L. I. Metam. v. 355.* apud Martialem *L. XII. Epigr. 89.* illo versu,

*Qui solus inopi praefat, et facit turbam,
quo tautologiae tollatur vitium, restat scribendum censem-
fenti, pro praefat.*

IV. Quod e Pauli sententiarum libris in Pandectas relatum est *L. 2. D. de Fid. instrum.* manifesto, me iudice, laborat vitio Florentiae et in Vulgaribus editis. *Quicumque a fisco conuenitur, inquit, non ex indice, et exemplo alicuius scripture, sed ex authen-* tico conueniendus est; ita si contrafictus fides possit ostendi *). Haloander, quem Russardus sequitur, sine libris

*.) Vide quae diximus hoc de loco *Libro II. Interpr. et Emendat. Iur. Cap. 9. §. 7.*

libris scripsit procul dubio, *ut ita contractus fides possit ostendi.* Contra apud Paulum ipsum Lib. V. Sentent. Tit. 12. §. 11. vitoiose etiam editur, *et si contractus fides possit ostendi.* At scribe mihi quaeſo vtr obique, *ut si Contractus* (i. e. *ut sic contractus*) *fides possit ostendi,* et habebis, opinor, Pauli manum.

V. In L. 27. D. de C. et D. haec sunt Florentiae Alfeni Vari: *In testamento quidam scripserat, ut sibi monumentum ad exemplum eius, quod in via Salaria esset Publpii Septimii Demetrii, fieret: nisi factum esset, heredes magna pecunia multare.* Et cum id monumentum Publpii Septimii Demetrii nullum repperiebatur, sed Publpii Septimii Damae erat, ad quod exemplum suspicabatur eum, qui testamentum fecerat, monumentum sibi fieri voluisse: quaerebant heredes, cuiusmodi monumentum se facere oporteret; et, si ob eam rem nullum monumentum fecissent, quia non reperrirent, ad quod exemplum facerent, num poena tenerentur. Respondit, si intelligeretur, quod monumentum demonstrare voluisset is, qui testamentum fecisset; tametsi in scriptura non tum esset, tamen ad id, quod ille se demonstrare animo sensisset, fieri debere. Sin autem voluntas eius ignoraretur: poenam quidem nullam vim habere; quoniam, ad quod exemplum fieri iussisset, id nusquam exstaret: monumentum tamen omnimodo secundum substantiam et dignitatem defuncti extruere debere. Omnino autem labis aliquid locus hic contraxisse videtur in iis verbis, tametsi in scriptura non tum esset: neque assentior Ill. Püttemanno, qui Meletem. I. C. Spec. I. Cap. 6. §. 4.

Syllo-

110 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

Sylloges Varior. p. 174. nihil plane immutandum censem.
Haloander substituit, ita non esset: Veterum
Editorum pars, nondum esset; alii, nomen deesset.
Ego Lectori considerandum propono, utrum legi con-
veniat per geminationem, tametsi in scriptura non Tum
esset, quod exponerem, non nominatum esset, cum
notam hanc NT Petrus Diaconus interpretetur nominati-
onis: an vero melius sit reponi, non tantum esset,
hoc est, tametsi ipsa testamenti scriptura non ita decla-
ratum esset monumentum, ut testator animo se de-
monstrare sensisset. Atque hanc posteriorem coniectu-
ram, ut et ipse verisimiliorum arbitror, sic adiuuare
mihi quoque videtur Accursius, *In scriptura*, inqui-
ens, id est subscriptione monumenti, quae erat ibi,
non erat ita, ut testator dixerat. Ceterum, quod et
acute iam obseruasse video in *Flor. Spars. p. 163.* τὸν
πάντα Grotium, Publius ille Septimius Dama is ipse
procul dubio erat, quem testator indicare voluerat.
Nomen enim plenum honestumque est Δημήτριος:
contractum, quale dabatur seruis atque libertis, Δημᾶς
et Δημῆς. Id quod verum esse intelligitur ex illo
Horatii *Lib. II. Serm. 7. v. 52. seqq.*

*Tu, cum proiectis insignibus, annulo equestris,
Romanoque habitu, prodis ex iudice Dama
Turpis, odoratum caput obscurante lacerna:
Non es, quod simulas?*

Item ex illo Martialis *Lib. XII. Epigr. 17.*

*Cum sit tam pulcre, cum tam bene vivat apud te;
Ad Damam potius, vis, tua febris eat?*

vt ibi legendum censeo cum Iuniano; idque (quod
nunc

nunc demum addimus) Regii etiam nostri ex veteri-
mis membranis descripti fide. Sic quoque Μηνᾶς est
et Μηνόδωρος, Περὶ τῶν et Rufinus: et D. Lucae nomen
Romanum suisse suspicor non Lucillium, quod existi-
mabat Grotius, sed Lucanum.

VI. *Moribus apud nos receptum est*, inquit Vl-
pianus *L. i. D. de Donat. int. vir. et vx. ne inter vi-
rum et uxorem donationes valerent. Hoc autem re-
ceptum est, ne mutuato amore inuicem speliarentur,
donationibus non temperantes, sed profusa erga se
facilitate.* In Norico Haloandri codice est, et pro-
fusa erga se facilitate videntes: alii addiderunt solum,
abutentes; idque apparet habuisse librum Accursii. De-
fid. Heraldus *Obseru. et Emendat. Cap. 17. Thes. Ot-
ton. Tom. II.* delet τὸ sed: eumque sequitur Grotius
in *Flor. Spars. p. 140.* Alii fortasse aliter. Ego re-
posueram, *donationibus non temperantes ex profusa
erga se facilitate.* Atque ita reperiisse videbatur in
exemplo suo Basilicorum Scholiastes, qui *Tom. IV.
p. 743. Αἱ φενδὸν ἀλλήλοις δωρέμενοι, καὶ μὴ συγκει-
νούσει τὸ πρᾶγμα διὰ τὴν ἐκεχυμένην περὶ ἀλλήλες
εὐχέρειαν*, inquit: et vitiose quoque sed, pro ex, scri-
ptum habet Florentinus liber in *L. io. D. de Hered.
inst.* Sed curatius haec expendenti locus hic nunc
optime corrigi videtur, si leui non minus mutatione
rescribatur, *donationibus non temperantes, et profu-
saErga se facilitatE*, i. e. *profusae facilitati.* Con-
stat enim, non apud Nostros solum, sed apud quo-
que optimae Latinitatis Auctores saepe vnicam negatio-
nem duabus in eadem oratione verbis praepositam
aeque

112. INTERPRETAT. ET EMENDAT.

æque illis negandi vim tribuere, tumque in coniuncti-
vis particulis, ac, et, quae, ἀπὸ κοινῆς repetendam
esse negationem; quamuis librarios accusare in huius-
modi Jocis malit δὲ πάντα Bentleius ad Horat. Epop.
XVI. v. 6. et ad I. Serm. 6. v. 68. praestantissimusque
Ruhnkenius ad Vellei. II. C. 45. pr. Verumtamen re-
cte hoc modo, opinione quidem mea, habent etiam
in L. vlt. C. de His qui sibi adscrib. in testam. editi li-
bri omnes, cum proponas, dominum non subscriptissim,
et suis literis tuam libertatem expressim agnouisse: ne-
que addita legendum negatione, nec suis literis, cum
Cuiacio Comment. ad L. 4. §. u. D. de Vsucap. vt
bene iam monuit Io. Robertus Recept. Iur. Ciuit. Leff.
Lib. I. Cap. 9. et vide Cuiacium ipsum Obseru. Lib.
XV. Cap. 19. Schwarziumque ad Plin. Panegyr.
Cap. 36. pr. Cap. 47. extr. item Obs. XXXVII. ad
eund. Paneg. p. 537. Et apud eundem Plinium Pa-
neg. Cap. 31. extr. placet mihi omnino cum Io. Arntze-
nio, quamvis Schwarzius reiiciendum censuerit, quo-
rumdam codicum lectio, *Ita beneficio tuo nec benigna*
tellus et obsequens Nilus, Aegypto quidem saepe,
sed gloriae nostrae numquam largior fluxit; vt sit pro
nec benigna tellus, nec obsequens Nilus, acuta certe
ac vere Pliniana sententia. Ac pari modo, ne plura
huc referam, Ouidius L. III. Trist. El. 5. v. 47. seq.

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est;
Lapsaque sunt nimio verba profana mero.

Et I. Fastor. v. 205. seq.

Nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem,
Et foenum capiti supposuisse suo.

Quae

Quae illic genuina videtur manu exaratorum quorum-dam et Aldini lectio. Vide etiam Ill. Püttmannum *Interpretat. Iur. Rom. Cap. 29.* et quos ibi laudauit. Ceterum (vt de hoc obiter admoneam) non recte, meo quidem animo, ex illo Vlpiani nostri, quem interpre-tatur, loco in Iustiniani *L. vlt. C. de Revoc. don. ver-bis*, *Ne sit cuiquam licentia, et alienas res capere, et frugalitatem irridere donatoris*, illud, *frugalitatem*, Heraldus itidem eo, quo diximus, loco corrigebat, *facilitatem*, vbi Grotius in *Flor. Spars. p. 312.* putabat fuisse, *prodigalitatem*: at feliciore fine dubio conie-clura reposuit Haloander, *fragilitatem*: sic enim Graecus habet Scholiares *Tom. VI. p. 233. D. κοι την τετελαταισιν αποθεεσσιν*.

VII. Insignem mihi deprehendisse videor lacu-nam, et explere posse in Legis Iuliae de vi, quae apud Callistratum in *L. 3. §. 5. D. de Testib. leguntur*, verbis. *Lege Iulia de vi*, inquit, *cavetur, ne hac lege in reum testimonium dicere liceret, qui se ab eo, pa-rente eius liberauerit.* Ita legitur in impressis exem-plaribus, quae videre contigerit, omnibus, nec quic-quam ex scriptis suis varietatis annotauit Brenemannus: neque vidi huicdum de veritate scripturae dubitare quemquam, praeter nuperime Cl. Mein. Tydeman-num in politissima *Dissert. de Vlpio Marcello Secc. I. Cap. 7. §. 1.* a quo, cum et ipse dudum ante correxis-sem locum, quam ab elegantissimo Viro disputata le-gerem in *Thef. Nou. Dissertat. Belgicar. Vol. I. Tom. I. p. 51.* et *Vol. II. Tom. II. p. 151.* (qui locus omnino conferendus, cum ille alter typorum vitio sit depraua-tus)

Kochl. Interpr. L. I.

H

tus}

114 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

tus) nondum tamen eum persanatum, et lacunam expletam reperi. Mihi suspicioris autor fuit Vlpianus, qui non vna voce auctiora exhibet Legis Iuliae de vi verba in Collat. Leg. M. et R. Tit. 9. §. 2. *Eadem lege quibusdam testimonium omnino, inquit, quibusdam interdicitur iniuris, capite octogesimo septimo, et capite octogesimo octavo, in haec verba: HOMINIVS HAC LEGE IN REVVM TESTIMONIVM DICERE NE LICE TO, QVI SE AB EO, PARENTEVE EIVS, LIBERTOVE CVIVS EORVM LIBERTVS LIBERTAVERIT: QVIVE IMPVBES ERIT, etc.* Vtrobique autem, credo, et apud Pariatorem Legum, et in d. L. 3. D. de Testib. olim legebatur, qui siue ab eo, parenteue eius, libertove cuius eorum, libertus, libertae erit.

VIII. Latinis in codicibus L. 12. §. 11. D. *Mandat.* si Graecis fidem habere volumus, quamuis id ex versione Fabroti Basilicorum Latina non appareat, mendum latet. Verba haec sunt Vlpiani: *Si adulescens luxuriosus mandet tibi, ut pro meretrice fideiubeas; idque tu, sciens mandatum, suscepferis: non habebis mandati actionem. Quia simile est, quasi perdituro pecuniam sciens credereris. Sed et si vterius direxto mandauerit tibi, ut meretrici pecuniam credas, non obligabitur mandati: quasi aduersus bonam fidem mandatum sit.* Haec suae consuetudini ita tradiderunt Graeci Tom. II. p. 141. D. Εἰν ἐδήσει κατὰ ἐντο λὴν ἀσώτῳ νέῳ ἐγγυήσης ὑπὲρ αὐτῆς πόρνη ἐν ἔχεις τὴν περὶ ἐντολῆς ἀγωγὴν· ἔμινε γάρ τῷ δανείζοντι ἀσώ τῳ. τὸ αὐτό ἐσι καὶ ὅτε καταβαλεῖν τῇ πόρνῃ ἐντέ λητάσι. Atque ea verba Graecorum Interpretum ita

ita Latine verti oportuit: *Si sciens mandatu adolescentis in re familiari soluti pro eo apud meretricem fidei usseris, non habes mandati actionem: quia simile est, quasi perduto et dissoluto pecuniam credideris.* Idem est, si mandauerit tibi, ut meretrici pecuniam numeres. Consentient autem cum his etiam, quae Basiliis adscriptis Scholiales p. 180. extr. Et apud Vlpianum igitur legendum omnino non pro meretrice, sed pro eo meretrici. De re praeclare et verissime Seneca, ad quem vix dubitem allusisse hic Vlpianum, *de Benef. L. II. Cap. 14.* cuius haec sunt verba: *Exorari in perniciem roganum, saeva bonitas est.* Quemadmodum pulcerrimum opus est, etiam inuitos molentesque seruare: ita roganibus pestifera largiri, blandum et affabile odium est. Beneficium demus, quod usu magis ac magis placeat, quod numquam in malum vertat. Pecuniam non dabo, quam numeraturum adulterae sciam: nec in societatem turpis facti, aut consilii veniam. Si potero, reuocabo: fin minus, non adiuabo scelus.

IX. Corrupta quoque est, me iudice, *L. un. D.* Nihil innou. appell. interpos. quo loco, *Recepta appellatione,* inquit Vlpianus, tamdiu nihil erit innouandum, quandiu de appellatione fuerit appellatum. Si quis ergo forte relegatus fuit, et appellauerit: non arcebitur neque in Italia, neque in prouincia, qua (i. e. a qua; vt *L. 7. §. 17. D. de Interd. et releg. illum prouincia illa insulisque eis relego:* neque opus adeo geminatione I. G. Hofmanni *Meletem. ad Pand. Diff. XXXII. §. 1.) relegatus est.* Propter eamdem ratio-

16 INTERPRETAT. ET EMENDAT.

nem et si quis deportatus fuit ab eo, cui deportandi ius est, vel adnotatus: neque vincula patietur, neque ullam aliam iniuriam, quam patitur, qui sententias non adquieuerat. Sic legitur, neque ullam aliam iniuriam, quam patitur, in Flor. Pandectis, et in excusis, quod sciam, omnibus: nec aliter suis in libris reperisse, atque suspectam videtur habuisse scripturam Accursius, qui ad verba, qui sententiae non adquieuerat, per modum interpretationis addit: *Nec appella- verat.* Posset autem etiam aliter legi. Verum non procedit illa Glossae expositio, et mendae manifestus est ICTus, qui totus hic in eo est, ut doceat, qui sententiae non adquieuit, et prouocauit ab ea, nullam interim pati iniuriam, hisque ipsis verbis, quae contrarium asserunt, pro ratione addit, integrum statum vi- deri appellatione interposita. Quod et Imp. Constantinus rescripsit L. 12. C. de Appellat. in haec verba: *Minime fas est, vt in civili negotio libellis appellato- riis oblati, aut carceris cruciatus, aut cuiuslibet iniuriae genus, seu tormenta, vel etiam contumelias perferat appellator absque his criminalibus causis, in quibus, etiamsi prouocare possint, eumdem tamen statum debent obtinere, aut post prouocationem in custo- dia, si fideiussoris idonei copiam non habeant, perse- verant.* Sic enim castigandas videtur locus ille men- dosus, partim ex L. 2. C. Th. eod. partim ex Βασιλεῖων metaphrasi Tom. I. p. 464. A. Hodie editur, eum tamen statum debet obtinere, ut post prouocationem in custodia, si fideiussoris idonei copiam non ha- beat, perseueret. Et vide etiam L. 3. D. de Custod. et exhibit. reor. Apud Vlpianum autem nostrum Io.

Conr.

Conr. Rückerus quidem *'Obseruat. Cap. 2. §. 6.* incisi
solum nota expuncta, putabat legendum, neque ullam
aliam iniuriam quam patitur, qui sententiae non ad-
quieuerat. Verum quis credit, tam ambiguo sermo-
ne lusisse Vlpianum? Et quis Latine locutus umquam
scripsit, ullam aliam iniuriam quam, et voluit intelli-
gi, ullam aliam iniuriam? Recte itaque, hac Rückeri
interpretatione reiecta, V. C. Herm. Cannegieterus
mendum quidem subesse vidit; at sedem mendi, me
iudice, non vidit, *Obseru. Iur. Rom. Lib. I. Cap. 17.*
expuncta negatione rescribens, qui sententiae modo
adquienit, et iterum alia coniectura *L. II. Obseru.*
Cap. 11. qui sententiae mox adquieuerat. Ego sensu
exposcente repono, neque vincula patietur, neque ul-
lam aliam iniuriam umquam patitur, qui sententiae
non adquieuerat. Nisi tamen mauis, neque ullam ali-
am quam iniuriam patitur, transpositis solum dictio-
nibus. Evidem non ignoro, intercedere et Ill. Pött-
mannum *Interpretation. Cap. 16.* quo Latine atque ele-
ganter dictum probet, quod Rückero placuisse vidimus,
ullam aliam iniuriam quam, loco simili prolatu ex *L.*
i. C. Ne fil. pro patr. quem vero et ego meliori ad-
huc interpretatione adiuuandum existimo. Imp. Gordia-
nus ibi ad Candidum quandam: *Neque ex eius filii*
persona, qui, cum sui iuris esset, mutuam pecuniam
acepit, pater eius, si non fiduci suam obstrinxit, con-
veniri potest: neque ex eius, quem in potestate habet,
si sine iussu eius contractum est: neque, si contra sena-
tusconsultum Macedonianum mutua pecunia data est,
amplius quam de peculio actionem sustinere cogitur.
Quapropter pater tuus, si ei pecunia a creditoribus

fratri*s* *tui extorta est, ad quam reddendam non tene-*
 batur, *praefidis prouinciae auctoritate eam recuperabit.* Iuris autem principiis videtur aduersari, quod,
 si filiosam. mutua data sit pecunia contra SCtum Mace-
 donianum, actione tantum de peculio teneri scribit pa-
 trem, cum certum sit, ei, qui filiosam. mutuum de-
 dit contra SCtum Macedonianum, actionem petitio-
 nemque nullam dari. Sic enim Imp. Philippus L. 6.
 C. ad SCt. Maced. Si filius tuus in potestate tua
 agens, contra senatusconsultum Macedonianum mu-
 tuam sumpsit pecuniam: actio de peculio aduersus te
 eo nomine efficaciter dirigi nequaquam potest. Nec
 aliud dicitur in L. 9. §. 3. D. de SCto Maced. et in §.
 7. I. Quod cum eo qui in al. pot. Ne igitur obloque-
 retur Gordianus, remedium petierunt ab emendatione.
 Donellus ad d. L. 1. in verbis, neque si contra sena-
 tusconsultum Macedonianum mutua pecunia data est,
 expungit si, probante Bern. Henr. Reinoldo Diff. ad
 SCt. Maced. Cap. 2. §. 10. Minori motu Guil. Beslius
 succurrit Coniebi. ex Iur. Ciuit. Cap. 3. Thesis. Differ-
 entia. Belgicar. Vol. I. Tom. I. p. 218. dum emendan-
 dum ait, si neque, aut nisi quae: itemque Celeb. Herm.
 Cannegieterus L. II. Observ. Cap. ii. rescribens, neque
 ei: ac fatis constat, centies permutari si et ei in manu
 exaratis libris, et in P. etiam Florentinis. Contra ve-
 ro Ill. Pittmannum si audias eo loco, quem diximus,
 nil plane immutandum, sed amplius quam exponen-
 dum est, amplius aliquam. Ea autem interpretatio,
 vti bene iam vidit Cannegieterus, tam linguae aduer-
 satur, quam iuri. Ego vitiosum locum esse aio ab in-
 terpunctione, et sic eum dislingui oportere: Neque ex
 eius

eius filii persona, qui, cum sui iuris esset, mutuam pecuniam accepit, pater eius, si non fidem suam obstrinxit, conueniri potest: neque ex eius, quem in potestate habet, si sine iussu eius contractum est, neque si contra senatusconsultum Macedonianum mutua pecunia data est, amplius quam de peculio actionem sustinere cogitur. Atque ita distincta lege, verus sensus statim apparebit: si iniussu patris negotium gestum sit cum filio, quem habet in potestate, et si mutuum non contra SCtum Macedonianum datum sit, non amplius quam de peculio teneri patrem. Idque Imp. voluisse, probat etiam Basilica conuersio, quam, quia bene explicat mentem legis, adscribo ex Tom. III. p. 539. B. Οὐδὲ ὑπὲρ ἄν συναλλάξεν ὑιος αὐτεξόσιος, κατέχεται ὁ πατήρ, εἰδὲ ὑπὲρ ἄν ὁ ὑπεξόσιος συναλλάσσει χωρὶς κελεύσεως αὐτῷ, κατέχεται εἰ μὴ μόνον εἰς τὸ πενέλιον, καὶ αὐτὸ, ἐὰν μὴ δύνετον ἦν παρὰ τὸ Μακεδνίαν δόγμα γενόμενον. Et similiter Scholiaestes p. 541. B. εἰ μὴ τι γε παρὰ τὸ Μακεδνίαν εἶδαντο, inquit *).

X. In

*^o) Atque hoc quidem de sensu L. 1. C. *Ne fil. pro patr.* cum iampridem hic a me exscriptum foret, antequam ab ipso praestantissimo Püttmanno id fere occupatum persentirerem, tamen quia firmatur, quod dixi, assensu Viri clarissimi hac aetate Iuris scientia, qui et inendosam esse interpunktionem monere neglexit, delere nolui. Is autem Vir Ill. vbi dixit *Probabil. Iur. Ciuitatis II. C. 9. §. 9.* Herm. Cannegieterum nodum secare potius, quam soluere maluisse, apponit istud: *Etsi autem interpretationis olim tentatae nondum me poenitet; veniam tamen, spero, inueniam, si nouam propoundingo*

X. In L. 2. §. 1. D. *Vi bonor. raptor.* verba Vl-
piani, cuius et hoc caput est, Florentiae ita scripta sunt:
*Hoc editio contra ea, quae vi committuntur, con-
stituit praetor. Nam si quis se vim passum docere posset,
publico iudicio de vi potest experiri, neque debet publi-
co iudicio priuata actione praeiudicari: quidam pu-
tant. Sed utilius visum est, quamvis praeiuicium
legi Iuliae de * vi * priuata fiat, nihilo minus tamen
non esse denegandam cōfitionem diligentibus priuatam
persecutionem.* In Norico autem et in ceteris Vulgo
legitur, neque debere publico iudicio priuata actione
praeiudicari, quidam putant: atque ita malle fese ait
Brenemannus, cum nec aliter repererit scriptum in
quin-

*nendo coniecturam emendationis necessitatē depellere
audeam. Admodum frequentes in veterum fragmen-
tis ICtorum esse verborum transpositiones, sciant
omnes, qui vel leuiter in illis perlustrandis versati
sunt. Non repetam hic, quae eam in rem iam dixi
saepius, dixerunt et alii, e quibus nunc solum H. G.
van Vryhoff. Obs. I. C. Cap. 34. nominabo. Quidni
igitur hic etiam verba neque si, pro si neque, posita
existimenus? Omnes lubenter ferrent, si ita scripsisset
Gordianus: neque ex ciuis, quem in potestate habet,
si sine iussu eius contrarium, (si neque contra SCtum
Macedonianum mutua pecunia data est) amplius quam
de peculio actionem sustinere cogitur. Idem autem,
seruata licet recepta lectio, habebimus, si Gordia-
num neque si, pro si neque, scripsisse dixerimus. Ver-
bum si saepius postponi, adeo notum est omnibus, ut
exempla eam in rem cumulare plane superuacuum fo-
ret.*

quinque manu exaratis; ut et in Rehdigerano suo no-
ster Gebauerus. V. C. Herm. Cannegieterus *Obseruat.*
Iur. Rom. L. I. Cap. 18. seruata in reliquis Tusca le-
ctione interponit, quod quidam putant. Mea vero
opinione τελεία σύμην poni saltem debet post *praeiu-
dicari*, non post *putant*, et forsitan Taurelliano mo-
re insuper maiusculis scribi, *PRAEIVDICARI*, ut bis lega-
tur hoc modo: *Nam si quis se vim passum docere possit,*
publico iudicio de vi potest experiri, neque debet publico
iudicio priuata actione *praeiudicari*. *Praeiudicari* qui-
dam putant: sed utilius *visum est*, etc. Eiusdem quo-
que indolis mendum corrigebam nuper in verbis hisce
Pauli, ut vbiique leguntur, *L. 2. D. A quib. appell. non
lic.* Quaeſitum est, in arbitros, qui ad fideiuſſores
probandoſ dantur, an appellare liceat. Quamuis hoc
caſu quidam putant ab eo, qui eum dedit, ſententiam
eius corrigi poſſe. Etenim et hic literarum ſimilitudi-
ne duea syllabae videbantur perifile. Scriperat Pau-
lus: *Quaeſitum est in, arbitros, qui ad fideiuſſores
probandoſ dantur, an appellare liceat. Licet. Quam-
vis hoc caſu quidam putant (ſic malo cum Vulgatis
Noricisque et Rehdigerano) ab eo, qui eum dedit, ſen-
tentiam eius corrigi poſſe.* Atque in hunc ſenſum
Graeci verterunt *Tom. I. p. 447. B. Κατὰ τὰ δοθέντα
διαυτητά πρὸς τὸ δοκιμάσαι τὰς ἐγγυητὰς καλῶς ἐκ-
παλέψεθα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα χωρὶς ἐκκλήσῃς ὁ δεδω-
νός αὐτὸν διορθέσαι τὸν Φῆφον αὐτῷ.*

XI. Non puto lectionem probari poſſe, quae in
omnibus reperitur exemplaribus *L. 32. D. Ex quib.
caſu. maior. in integr. reſtit.* Abesse reipublicae caſa,
inquit Modestinus, intelligitur et is, qui ab urbe pro-

Koehl. Interpr. *L. I.*

I

ſeditus

*fectus est, licet nondum prouinciam exceferit: sed et
is, qui exceferit, donec in urbem reuertatur.* Hic
quin legendum sit ex emendatione P. Fabri, *licet non-
dum prouinciam accesserit, non dubitare se scribit Cu-
ciacius L. XII. Obseruat. Cap. 33.* eum enim, qui vrbe
in prouincian. mittitur, veluti Proconsulem, abesse
videri Reip. causa, non tantum, dum vrbe it in pro-
vinciam, licet nondum prouinciam ingressus sit, sed
etiam dum prouincia redit in urbem, licet prouinciam
egressus sit, donec portam vrbis ingrediatur. Quod
et ego summis ICTis acute obseruatum non diffiteor, et
probant Ger. Noodtius *Comment. ad D. h. t. p. 101. Co-
lon.* et Schultingius *ad Prota h. t. §. 3. p. 307.* et item
Brenemannus, qui se ita legere ait, postquam viderit
idem exprimi in libris Basilicorum. Receptam tamen
scripturam defendere iam erat annis Bynkershoekius
Obs. Iur. Rom. L. VI. Cap. 18. et habet ea a se au-
toritatem veterum Glossatorum, qui prouinciam hic
intelligi voluerunt, vt nullus umquam Latinorum dixit,
Italianam. Ego autem Graecos puto hic inuenisse suis
in libris non prouinciam, sed *Italianam*: sic enim locum
interpretantur *Tom. I. p. 707. A.* Απεναι δονεῖ
εἰς πρᾶγμα δημόσιον ὁ ἐξελθὼν Ρώμης, καὶ ἔτι ἐπὶ ἐν
Ιταλίᾳ, καὶ ἔτος ἐξ Ρώμην ὑποσχέτει. Id est: *Ab-
esse intelligitur reipublicae causa, qui ab urbe Roma
profectus est, licet etiamnum in Italia sit; et donec
Romam reuertatur.* Ac mihi quidem omnino cum
Graecis videtur legendum, *licet nondum Italianam exce-
ferit.* Vix enim opus moneri, quam facile immutari
potuerit hoc a librario, qui vrbeam acciperet pro qualis-
bet ciuitate.

XII. Quod e Marciani libro quarto Institutionum in L. 36. pr. D. de *Vulg.* et pup. subſtit. affertur, ita eum aliis scripsit Taurellus: *Potest quis in testamento plures gradus heredum facere: puta, Si ille heres non erit, ille heres esto, et deinceps plures: ut nonissimo loco in subsidium vel seruum necessarium heredem instituat.* In membrana autem Etrusca, teste Brencmanno, pro istis, *puta, si ille heres non erit, ille heres esto,* nihil est praeter haec, *puta, si ille heres esto.* Atque haec verissima, ut equidem opinor, lectio: et Taurelli erat haec ita edere, *puta, Si ille heres esto:* hoc est, *si ille, scil. heres non erit, ille heres esto.* Sic enim solent Veteres, aut certe verba eorum referens Tribonianus, verba quaedam initialia aliorum produxisse contenti, cetera, quae sensui persicendo necessaria sunt, lectori supplenda relinquere. Exempla istiusmodi breuiloquentiae vide apud Rückerum *Obseruat. Cap. i. §. 7. et 8.*

XIII. Leuiuscum quidem est mendum Florentini codicis, non tamen praetermittendum, cum sensum turbet, in L. i. §. 2. D. de Dol. mal. *Dolum matum,* ait Vlpianus, *Seruius quidem ita definit, mathematicam quandam, alterius decipiendi causa; cum aliud simulatur, et aliud agitur. Labeo autem, posse et sine simulatione id agi, ut quis circumueniatur: posse et sine dolo malo aliud egiri, aliud simulari: sicut faciunt, qui per eiusmodi dissimulationem defervant, et tuerintur vel sua, vel aliena.* In Haloandro et Vulgatis est, *qui per huiusmodi dissimulationem seruant, et tuerintur vel sua, vel aliena.* Io. Guil.

Hoffmannus *Meletem. ad P. Diff. V. §. 2.* deserunt,
censebat scribendum, pro deseruant: V. C. Io. Can-
negieterus autem *ad Collat. Leg. M. et R. p. 193.* Ti-
seruiunt, quod explicat, *tempori seruiunt*; idque et
ante eum placuerat iam Dion. Gothofredo. Omnino
vero restituendum videtur, *deseruiunt*, i. e. valde ser-
viunt. Particulam enim, *de*, saepius augere simpli-
cis verbi significationem, licet interdum quoque nihil
mutet, docuere Andr. Schottus *Observ. Humanar.*
Lib. I. Cap. 12. Noodtius *de Form. emend. dol. mal.*
Cap. 1. et Viri docti apud Dukerum *Opusc. de Latini-*
nit. Vet. ICtor. p. 285. Et absolute quidem *deser-*
viendi verbo usus est etiam Seneca *L. VI. de Benef.*
Cap. 15. *Emis,* inquiens, *a medico rem inaestimabilem,*
vitam ac valetudinem bonam: *a bonarum artium*
praeceptore studia liberalia, et animi cultum. Ita-
que his non rei pretium, sed operae soluitur: *quod*
deseruiunt, *quod a rebus suis auocati nobis vacant:*
mercedem non meriti, *sed occupationis suaee ferunt.*
Cum tertio autem casu coniunctum, ut frequenter pon-
solet, habet Plinius Junior *L. VII. Epist. 15.* *Requir-*
ris, inquit, *quid agam.* *Quo nosti, distingor offi-*
cio: amicis deseruio: studio interdum; *quod non in-*
terdum, *sed solum semperque facere,* non audeo dice-
re rectius, certe beatius erat. Et ipse Cicero *de Of-*
fici. Lib. I. Cap. 30. Sunt his alii multum dispare,
simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil de insi-
diis agendum putant, veritatis cultores, fraudis ini-
mici: itemque alii, qui quiduis perpetuantur, cuius
deseruant, dum, quod velint, consequantur: *ut Sul-*
lae M. Crassum videbamus. Sic enim non dubitamus
legen-

legendum fide codicis Graeniani; non, ut vulgo est,
Sullam et M. Crassum. Et *Lib. XVI. Epist. 18. Familiar.* *Indulge valetudini tuae: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis.* Item *Laetantius Lib. IV. Diu. Instit. Cap. 16.* *Neque enim si beatissimus in terra fuisset Christus, et per omnem vitam in summa felicitate regnasset, quisquam illum sapiens aut Deum credidisset, aut honore diuino dignum iudicasset:* quod faciunt verae *Divinitatis expertes,* qui *caducas opes, et fragilem potentiam, et alieni beneficii bona non tantum suspiciunt, verum etiam consecrant, et scientes memoriae mortuorum deserunt, fortunam iam extinctam coleentes, quam ne viuam quidem praesentemque sapientes colendam sibi viuquam putauerunt.* Qui et sine tertio casu possit verbum posuisse videri, si vera esset pervetus libri Gothani, teste *I. Mich. Heusingero in Actis Societ. Lat. Jenens. Vol. I. p. 47.* et *Emendation. Lib. I. Cap. 4. p. 65.* scriptura, et cientes, id est aduocantes, *memoriam mortuorum deserunt.* Sed puto meliorem esse editae lectionis sensum, colli a gentilibus Deos, quos ipsi mortuos esse non ignorent. *Quomodo et Prudentius in Romano Martyre v. 384.* furorem summum esse dicit,

*Homines fuisse cum scias, quos consecras,
 Vrnas, reorum morticinas, lambere.*

Nec mutem ego, cum exemplaria non mutant, apud *Suetonium Jul. C. 24. extr. prospere decedentibus rebus, hoc est euuentibus, vel omnino prospere cedentibus;* ubi *Casaubono placebat scribi, prospere ei cedentibus,* *Graeuio, prospere dein cedentibus, et ante utrumque P. Fabro Semestri, L. III. C. 23.* syllaba dempta,

prospere cedentibus. Atque ita Plautus *desistere* dixit
pro stare *Mostellaria Act. III. Sc. 2. v. 100.*

Quid illic, obsecro, tamdiu desististi?
Hanc enim genuinam credo exemplarium quorumdam
lectionem, cum in aliis et editione Gronouiana sit, *re-*
stitisti. Apud Sedulium autem vexatissimo loco *Car-*
minis Pafchal. L. V. v. 312.

— — *Quid, saeue tumultus,*
Excubii dependis opus? quid niteris illam
Explorare fidem, cui non vis credulus esse?
III. Püttmannus tentabat, *defendis opus, Probabil. L.*

II. C. 22. §. 4. ego dudum correxeram ab ingenio,

— — *Quid, saeue tumultus,*
Excubii dependis opus?

Hoc sensu: *Quid, saeua turba, frustra excubias agis,*
ponendo custodes Iesu sepulcro? et post veterem Gé.
Fabricii editionis codicem ita praeferre vidimus.

XIV. Vnicum modo, antequam libello huic finem
impono, emendatum dabo e Nouellis Iustiniani locum:
qui plura certe erant daturus hac noua Verisimilium
Speciminiis editione, si per Editorem Iuris Corporis
Goettingensis licuisse: a quo si quando forte, cum ad
plures abiero, pro meis edentur, quae mihi eripuit in
Nouellas Iustiniani et Leonis Philosophi annotata, qui-
bus manum extremam nondum admoueram, ne pro
meis habeantur, rogo aequum Lectorem. Locus is,
quem leui mutatione integratati suae nunc reddeimus,
habetur in *Nou. CIX. Cap. 1.* ubi in Graecis codicibus
tam Scrimgeri, quam Haloandrinis, sic editur: *Ἐπει-*
δὴ γὰς δεδάκαμεν προσομιῶν ταῖς γυναικὶ τῶν προσιτῶν,

ώντε καὶ προγενεσέρχων δικαιῶν προκρίνεσθαι, καὶ
βελτίω τάξιν ἔχειν αὐτὰς, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῆς χρόνιας
υπωμένας, ἐπὶ δὲ τῶν διὰ τὰς γάμους διαρεῖν, κατὰ
τὰς χρόνιας, καθ' ἓνταν γένοντο, τὰς ὑποθήκας ἔχειν
πᾶσιν ἐπὶ τῆς παρόντος ποιέμενα Φανερόν διὰ τέδε της
θείας ἡμᾶν νόμου, ὅτι καὶ ταύτην τὴν προνομίαν καὶ
τὰς σιωπηρὰς ὑποθήκας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅποσα
τὰς γυναιξὶν ἐν διαφόροις προνομίοις παρὰ τῶν ἡμετέ-
ρων δίδοται νόμων, ἐκεῖνας δίδομεν μόνας, ἐφ' ὃ τά-
των ἀπολαύειν τε καὶ χρῆσθαι τὰς ἐξ αὐτῶν εὑργε-
σίας, αἷς ἐπιμελὲς ἐσὶ τὴν ὁρθὴν καὶ προσκυνεμένην
ἡμᾶν πίσιν πρατεῖν, (τὴν τῆς καθολικῆς Φαμὲν καὶ
ἀποστολικῆς ἐκκλησίας) καὶ μετέχειν τῆς ἐν αὐτῇ σω-
τηριώδεις πονηρίας. Quae depravata sunt, καὶ ταῦτα
ὑπὸ τῆς χρόνιας υπωμένας, non habentur in Basilicis, in
quae sunt quaedam deducta ex hac Iustiniani lege Tom.
I. p. 25. B. Sine controversia autem reuocanda est
negatio, quam praecedentis voculae similitudo sustulit,
καὶ ταῦτα ἔτες ὑπὸ τῆς χρόνιας υπωμένας. Sententia
et iuris ratio id postulat, et ita legit Vetus Interpres:
vertit enim, et nec a tempore superatas. Quod nec
Hombergium vidisse miror, qui cum Haloandro ver-
ba ista sic Latine reddidit, quamquam a tempore vin-
cantur.

Kc 1813

6018


ULB Halle
007 679 440

3



Mé

B.I.G.



IO. BERNARDI KOEHLERI IC.
INTERPRETATIONVM
ET
EMENDATIONVM
IVRIS ROMANI
LIBER PRIMVS.

EDITIO ALTERA, CORRECTA ET AVCTA.



LIPSIAE
APVD Io. G. EMMAN. BREITKOPF ET SOC.
MDCCXCII.